

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
G
69
NAPOLI

XIV
G
69

Pertinet ad Conventum S. Mariæ
Carmeli Terræ S. Anchimi.

PRAXIS PROCURATORUM.

J. V. D.

JOANNE DE STEFANO,

Auctore.

Causidico in Tribunalibus hujus Civitatis.

Olim Consultore Ill. Curiæ Bajuli ejusdem Civitatis.

Et nùnc Lectore in Regiis Gymnasiis.

Cum noviss. Auctoris additionibus

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

NEAPOLI, A. D. MDCXIV.

Sumptibus Nicolai, & Vincentii Rispoli.

Superiorum Permissu, & Privilegio.

ILLUSTRISS. DOMINO

DOM. D. DOMINICO DE AGUIRRE;

In Sacro Supremo Aragonum Consilio Regenti; Præsidenti meritissimo S.R.C. Vicequè Prothonotario, &c.

FOrus æquiparatur Bello. Enim verò in Bello milites requiruntur. In

Foro Juriſperiti. In Bello arma ſunt neceſſaria. In Foro actiones, & exceptiones. In Bello milites pugnant inter ſe ipſos. In Foro Actor, & Reus. En in forenſi Paleſtra Actor, & Reus! Actor habet arma. Reus habet arma. Actoris arma ſunt Actiones. Rei arma ſunt Exceptiones. Arma Actoris deſerviunt ad Reum invadendum, Arma Rei ad ſe ipſum defendendum contrà Actorem. *Ecce Forus! Ecce*

ce Bellum! Attamèn in Foro magis experiuntur Militum vires. Etenim in Bello Enſe ; Judice Virtute certatur. In Foro Doctrina ; Judice competente Juſtitiæ ſtrenuè pugnatur. Et Juſtitia eſt omnis valor, cum ſit conſtans, & perpetua voluntas. Et Imperatoratoria Majeſtas Legibus oportet eſſe armata, ut Calumniatorum iniquitates expellat. Quaproptèr pro inſtrumento Pacis inter Actorem, & Reum ; Anno Æræ

Christianæ 1688. *Auctor; magnus Practicus* Typis mandavit Practicam S. R. C. & posteà Practicam Procuratorum; *Et nùnc*, Deo auspice, *eandem Procuratorum Praxim, cum Aureis Additionibus; illius Marte elaboratis*. At quià Ea novo indiget Patrocinio, diù mente contrectavi, sub cujus auspicio illam esse in lucem edendam; Et rectum post judicium, *sub Palladis vestræ clypeo typis mandandam de-*

cre-

crevi. Nam ubi manere ſecuriùs poterat, niſi ſub Sole Sapientiæ,& Dignitatis Tuæ ; dùm Sacri Conſilii Sanctæ Claræ meritiſſimus es Præſes ; Et inter hos bellantes Explanator Optimus ; verùm etiam Excellentiſſimus doctrina. Integerrimus Juſtitia. Nulli ſecundus Prudentia. Incomparabilis Magnitudine . Candidiſſimus Moribus. Sanguine claritate Præſtantiſſimus . *Teſte Fama! Teſte Experientia!* Quaderè *Opus*

hoc

hoc, qualecunquè ſit, Tibi porrigo, dedico, conſacro. Animo igitùr regio illud defende. Dùm è Cœlo felicitatem, ac Neſtoris deprecor annos. Æternum Vale.

Datum Neap. die 1. menſis Martii 1714.

Dom. Tuæ Ill.

Humillimus Servus Addict.
Nicolaus Riſpoli

PRaxis Procuratorum Joannis de Stefano Juris Conſulti Neapolitani.

Ad Dominum Canonicum Rota, die 18.menſis Januarii 1708.

Septimius Palutius Vic. Generalis.
D.Detrus M. Giptius Can. Dep.

ILLVSTRISSIME DOMINE.

ORdinatione Dom. Tuæ Illuſtr. attentè perlegi Praxim Procuratorum, Auctore Joanne de Stefano Juris Conſulto Neap. & nihil quod ſit contrà Immunitatem, Juriſdictionemquè Eccleſiaſticam, ac bonos mores reperii; proindè poſſe Typis dare cenſeo, ſi ità Dominationi Tuæ Illuſtriſſimæ videbitur, datum Neap. die 16.menſis Februarii, 1708.

Addictiſſimus Servus.
D.Nicolaus Canonicus Rota.

Attenta ſupradicta relatione, imprimatur.Neap.die 17. Febr.1708.

Septimius Palutius Vic. Gen.
D.Petrus M.Giptius Can.Dep.

EC-

ECCELLENTISS. SIGNORE.

GIovanni de Stefano Dottore Napoletano, Supplicando espone à V. E. come desidera dare alle Stampe un suo Trattato, intitolato. *Praxis Procuratorum*. Per tanto supplica V.E. restar servita ordinare la visione di esso, à chi parerà all' E.S.e l'haurà à gratia, quàm Deus.

Magnificus V.J.D.Ignatius Termine videat, & in scriptis referat.

Gascon R.Ulloa R. Gaeta R. Cito R.

Lombardus.

Spect. Regens Andrea impeditus.

EX-

EXCELLENTISS. DOMINE.

PErlegi jussu E. V. Opusculum, cui titulus est *Praxis Procuratorum*. Auctore Joanne de Stefano V.I.D. in quo nihil inveni, quod bonis moribus, & Regiæ Jurisdictioni adversetur, imò Opus singulari brevitate compositum, ad communem in practica disciplina Tyronum utilitate luce dignum existimo. Si ità E.V. videbitur.

Datum Neap. die 12. mensis Martii 1708.

E.V.

Humillimus Servus.
Ignatius Termine

Visa retroscripta relatione, imprimatur; verùm in publicatione servetur Regia Pragmatica.

Gascon. R. Ulloa R. Gaeta R. Cito R.

Prov. per S.E. die 14. Martii 1708.
Lombardus.

Spect. Reg. Andrea impeditus.

IL

IL DOTTOR

CIRIECO LEGGIADRI
della Città d'Ariano.

AL DOTTISSIMO LETTORE

Già ſapete, che l'Autore della preſente Opera diede alla luce la Pratt. Civile; E poi la Pratt. de Procuratori, il Tirocinio Retorico, il Paſſatempo Retorico, e li quattro libri dell'Iſtitutioni Civili, ad mentem Juſtiniani. Tutte cinque le dette Opere per la Dio gratia univerſalmente acclamate; E come che la detta Prattica de' Procuratori da molto tempo, che ſi và con grandiſſima anzia in buſca, e non ſi trovava, per eſſerno finite le copie ſtampate. Che però il Sig. Nicolò Riſpoli, prò bono publico, à ſue proprie ſpeſe l'have fatta riſtampare, cum aureis Additionibus ejuſdem Auctoris, magni Practici, in Suprem. Tribunalibus, ab anno Domini 1674. Per tanto gradiſci, Candidiſſimo Lettore, il buon genio d'ambidue; & ſi quid boni in ea videbis; Deo redde gratias, & diù Vale.

PRA-

PRAXIS PROCURATORUM

AUCTORE

JOANNE DE STEFANO
J. C. Neapolitano.

DE PROCURATORIBUS.

CAP. I.

OFficium Procuratoris in ſupremis Tribunalibus honorarium eſt. *Reg. Rovit. in comment. ſuper Pragm. de Procurat.*

Procurator eſt, qui alterius negotiũ, vel litem cum mandato exercet, *l.* 1. *ff. de Procurat.* Alius generalis, alius ſpecialis, alius miſtus, *l.* 3. & 4. *ff. eod. tit.* Generalis eſt, qui omnia negotia, vel lites cum mandato exercet. Specialis eſt, qui tale negotium, aũt litem exercet. Miſtus

ſtus eſt, qui utrumque cum mandato exercet. Ut conſtituo Te Procuratorem meum ad omnia negotia, ad omnes lites, & ſignantèr ad tale negotium, vel ad talem litem, *l. prætereà, ff. mandat. l. ſi Procurator, C. de procur.* Datur etiam Procurator in rem propriam; Et eſt, qui percipit aliquam utilitatem ex lite, aut negotio ad inſtàr Domini, *leg. 29. ff. mandati.*

Procurator docere debet de mandato, licèt per plures annos ſe geſſit uti procuratorem Titii, nam mandatum eſt facti, quod in dubio non præſumitur. *Bart. in l. 1. C. de procuratoribus.*

Quilibet conſtituere poteſt plures Procuratores in una cauſa; Et tunc auditur unus ex Procuratoribus conſtitutis, ut lites citiùs terminentur, quod expedit Reip. *Gratian. to. 2. forenſ. cap. 201.*

Actor perſonalitèr comparens non tenetur procuratorem conſtituere, nam nullo jure ad id ligatur, *Rit. M. C. Itẽ ſi quis. Petra, rit. 230.*

Exceptio falſi Procuratoris admittitur

tur ante, & poſt ſententiam. *Conſ. Aff. dec.* 148. *de Simone, tract. Legales abuſus, tit.* 11.

Procurator patrocinare nequit cauſas injuſtas, nec dilatare, aut paciſci de quota lite. Examini ſubditur; & jurat de non calumniando, *Pragm.* 4. §. 28. *de dilat. Pragm.* 21. *&* 79. *de offic. S.R.C.* Et admiſſus ad Procuratoris officium per unam ex Regiis Audientiis, ubique officium exerceri valet, exceptis Tribunalibus hujus Civitatis, *Prag.* 78. *Ducis de Alcalà, cit. tit.*

Mandatum Procurationis morte mãdantis extinguitur, lite tamen nõ conteſtata, ſc. termino in cauſa minimè conceſſo, *l. mandatum, C. mandat.* Favore pacis mandatum non finitur, *de Angelis, de habitat. Reorum, c.* 52. *num.* 5. Unus Procurator accedit in partibus cum Comiſſario cauſæ, pro acceſſu faciendo, *Pragm.* 64. *eód. tit.* Procurator, Advocato præſente, nihil dicere poteſt in Aula, ſed tantùm memorare valet factum Advocato, ſub pœna arbitrio S.C. *Pragm.* 21. *cit. tit.*

Procurator Fiſcalis curare debet depoſitionem teſtium infrà terminum Reo conceſſum ad faciendas ſuas defenſiones, ſecùs proceditur ad cauſæ expeditionem, *pragm.2. de citat.* Pœnæ ſtatutæ contrà Procuratores calumnioſos locum obtinent in Procuratorem Fiſci, *prag.38.eod.tit.* Procuratoris confeſſio facta in judicio ad unum finem, non poteſt allegari in alio judicio, in præjudicium Domini etiam inter eaſdem perſonas, *Honnedeus, conſ.66.num.74. de Amatis dec.46.*

Procuratori cum proviſione ſtatuta debetur integrum ſalarium, ſi in principio anni jam cępti moriatur. aut infirmetur, quia per Procuratorem tunc non ſtetit; Et in favorabilibus annus cœptus prò completo habetur, *leg.15.ff.de adv. diverſ. judic.* ibi; *Totius anni ſalarium, ex quo officium peragere cœpit, Petra, tit.58.num11.* Similitèr debetur ei integra merces, ſi nullam eodem anno occurrerit defendere cauſam, *Reg. de Marin. lib.2. quotid. cap.15.*

Man-

Mandati revocatio esse debet Procuratori nota, aliàs per ipsum gesta valent,& debetur ei salarii merces. *Tusch.pract.concl.861. nu.2.lit.P. Rov.in pragm.1.de procur.num.48.* Procurator ab initio renunciare potest procurationis mandato, sed illo suscepto nequit renunciare, nam renunciatio esset tùnc in tertii præjudicium, *l.14. ff.de procur.* Pœnæ statutæ in prævaricationis crimine locum non habent contrà Procuratorem, quia contrà ipsum non inveniuntur expressæ in *textu leg.1.§.cæterum,ff.de prævaricator.* Et in odiosis de persona ad personam extensio non fit, *C.odia,de reg.jur.in 6.*

CAP. II.

De origine Praxis judiciariæ.

PRaxis judiciaria originem habuit ex lege veteri testamenti. *Deuter.cap.19.*ibi; *Non stabit unus testis contrà aliquem, &c. sed in ore duorum,aut trium stabit omne verbum.*

bum. Definitur Judicium, eſt actus legitimus trium perſonarum, nempè Judicis, Actoris, & Rei, *Gloſ. in c. forus, de ver. ſignif.* Doctiſs. & Ill. *D. Franciſcus Verde*, olim Epiſcopus Vici Equenſ. b.m. benemeritus Præceptor meus, *lib.* 4. *inſtit. civil. ſub tit. de offic. Judicis, num.* 1656. *Ricca, in prax. civ. nu.* 124. Vel dic, eſt actus legitimus Perſonarum coram judice competente contendentium. Vel dicas cum *Langel. lib.* 3. *inſt. canon tit.* 1. Eſt cauſæ diſcuſſio inter Actorem, & Reum, quæ ritè fit in foro coram Judice. *Adverte*; omnes has definitiones ſynonimas eſſe. Judicium *dividitur* in Eccleſiaſticum, & Seculare. Eccleſiaſticum eſt, quod coram Eccleſiaſtico judice, inter perſonas Eccleſiaſticas *regularitèr* agitatur. Dixi regularitèr, nã Laicus actor comparere tenetur in foro Eccleſiaſtico. Actor enim Rei forum ſequi debet, *cap.* 1. & 2. *de for. compet.* Seculare judicium eſt, quod coram Judice ſeculari, inter ſeculares perſonas regularitèr agitatur,

quia

quia Clericus actor, per eandem regulam ; *Actor sequitur forum Rei*, in Laicali foro comparere tenetur. Dividitur insuper judiciii, in ordinarium, & summarium. Ordinarium est, in quo secundùm ordinem juris proceditur. Summarium est, in quo proceditur ordinario juris ordine minimè servato, sed de plano, & sola facti veritate inspecta, quo ad ordinem, *Cap. tua nos, de sponsa. l. prolatam, C. de sent. & interloq. Mantic. dec.* 254. Dividitur etiam judicium in Petitorium, Possessorium, & Mistum. Primum est, in quo de titulo, aùt proprietate agitur. Secundum est, in quo agitur de possessione, seù quasi. Tertium est, in quo de utroque agitur. *Cap.* 1. *de can. poss. & propriet.* Tandèm judicium, ratione causæ finalis, dividitur in Civile, Criminale, & mistum. Civile est, in quo de partis interesse agitur. Criminale est, in quo de Reo puniendo agitur. Mistum est, in quo de utroque agitur, ut est causa furti, nam fur tenetur resti-

tuere Domino valorem rei ablatę, & punitur criminalitèr pro delicto furti, ut in dies *practicatum vidi* in visitatione Carceratorum M.C. cum decreto; Satisfacta parte exulet, &c. *leg.2.ff.de publ.judic.l.capitalium, ff.de pœn. Calà, de modo articulandi, glos.2.nu.1. Jul. Clar.in practic.crimin. qu.64.* Crimen injuriarum dicitur etiam judicium mistum, cum respiciat publicam, & privatam utilitatem, scilicèt Fisci, & Partis offensæ, *secundùm Borrell.p.1.summæ dec.tit.63.*

Adverte, quod dicitur judicium criminale, si pœna pecuniaria prò delicto applicetur Regio Fisco, nam subrogatus sapit naturam illius, prò quo subrogatur, *Franc. decis. 162. Boer.decis.394.* Diximus prò delicto, quia si pœna Fisco applicetur vi pacti inhiti inter partes, in casu controventionis transactionis, &c. tunc dicitur judicium civile. *Reginald. cons. 336. Cartar. dec.130.num.18.*

Similitèr adverte, quod Tribunal M. C. Vicariæ in criminalibus cognoscit

ſcit *de omni crimine*, etiam de crimine falſi patrati coràm judice civili, *Anna,conſ.*107.Et *pragm.2.de juriſd. invicèm non turb.* de anno 1515. locum habet *tantùm* inter Barones habentes diviſas juriſdictiones, puta ſi unus habeat juriſdictionem civilem, alter criminalem, ait *Marcian.lib.2.forenſ.diſp.* 64. Vel dicas; locum obtinere inter Barones *in d. Reg. Pragm. expreſſos* per Catholicam Majeſtatem, ità mandantem uti Regem, & Dominum, ibi, *Declaramus caſus, culpas,& crimina, prò quibus pœna mortis naturalis, ſeù civilis, vel membri abſciſſione principaliter infligenda non venit, pertinere ad juriſdictionem civilem, & per conſequens ad ipſum Hoſpitale Congregationis Montis Oliveti,ſiti in Caſtro S.Petri in Galatina.*

Item animadverte; Laicum à Laico
* conveniri debere coram ſeculari Judice,niſi cauſa ſpiritualis ſit,vel quando Laicus Eccleſiaſticæ perſonæ creditor eſt. *Lancell. loc. cit. §.laicus,& §.quod ſi*, per text.*in d.*

cap.2.de for.compe.

Judicium de ipſius natura eſt individuum, *l.in hoc judicio, ff.ſam.erc.* Locus judicii dicitur ſorus, unus competens, alius incõpetens. *Cap Moyſes,diſt.7.*

Curiales habent privilegium trahendi alios ad ipſorum Tribunalia,maximè prò ſatisfactione patrocinii, *Rit.M.C.* 232. *&* 233. Et ità fuit proviſum per M. C. V. in anno 1707. in cauſa vertente inter me ex una, & D.Eleonoram Severino ex altera, apud acta Actuarii Maturantii,quod decretum fuit confirmatum per S.R.C.etiam in gradu reclamationis, undè memor eſto; *à Cliente lite pendente.*

CAP. III.

De Judice.

JUdex eſt perſona publica ſecundùm leges jus dicens, §. *ſupereſt, lib.4.inſt.civ.rubr.de offic.judic.* Eſt legis exequutor, *cap.judicet,qu.7.* Debet eſſe gravis, ſeverus, mitis, & do-

& doctus, *pragm.2.de off.S.C.* Ob imperitiam malè judicans tenetur ad litis extimationem, *l.imperium, ff.de reg.jur.* Debet habere manus puras, §. *ſiquis autem, auth.ut judic.Reg.Petra, rit.*14.*num.*1. Ubi
* adducit præceptum Dei ad Moyſen: *Non accipies munera, quæ etiam excęcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum.* Qui citatus author dicit eodem loc. quod *apud Thebanos Judicum imagines ſine manibus proponebantur.* Hinc infertur, quod judex eſſe debet ſine manibus, vel habere manus, ſed puras, ut dictum eſt. Judex alius competens, alius incompetens. Judex incompetens eſt duplex, unus prorogabilis, alius improrogabilis. *Capyc. latr.deciſ.*187. Alius ordinarius, alius delegatus, & alius ſubdelegatus. Judices M. C. Vicariæ, & Aſſeſſores examini ſupponuntur, *prag.*2. *de officialib.* Tribunal S.C. procedit in illis cauſis,
* in quibus Fiſcus intereſſe non habet, *prag.*27.*de offic.S.C.* Et Pragmaticæ pertinentes ad S. C. ſunt

etiam obſervandæ à Reg. Camera Summariæ, & à M.C.Vic. *prag.*4. §.5. *eod. tit.* Judex in partibus debet officium exercere uſquè ad ſucceſſoris adventum, ſub pœna unc.6.& inhabilitatis perpetuę ad aliud officium, *Cap. Regni, incip. Scire*. Non poteſt à Barone removeri durante integro anno; Et Baro nequit ſe intromittere in jurisdictionis exercitio. *Franc. dec.* 216. *Rov. in prag.*2.*de ſuſpic. offic.* Judex nequit in loco ejus officii negotiis inſiſtere, nec dare, aùt mutuum recipere,*l.*16.*C.ſi cert. peta.*Citare debet per edictum reum abſentem à ſuo territorio, *pragm.* 1.*de citationibus*. Expedire debet cauſas priùs conchuſas,ſecùs tenebitur in ſyndicatu, *pragm.* 6●. *de offic.S.C.pragm.*4.§.22.*de dilation.* M.C. procedit in cauſis contentis in *pragm.*82.*de offic.S.C.*In obligationibus pœnès acta non admittitur prævention, quando ceſſit dies ſolutionis, *pragm.*44. *de offic. Magiſtri Juſtit.* Judex nequit fidem præſtare cuilibet proviſioni;extrà

Re-

Regnum factæ ſine Regio Recipiatur, *pragm.4.ſub tit.de Citationibus.* Judex ſolet ad domum egregiarum perſonarum Examinatorem mittere, *leg.ad egregias,ff.de jure jur.*

CAP. IV.

De Judice ſuſpecto.

TOtum Tribunal cum cauſa recuſari valet. *Reg. de Ponte, dec.* 30. Judex ſuum propalans votum, eſt ſuſpectus, ſecùs ſi in aliquo tractatu per Judicem typis mandato, ſuam fundaverit opinionem, quia non dicitur tunc prolare ſuũ votum, & in cauſam votando, poteſt ſuam mutare ſentẽtiam. *Thor. in compend.deciſ.ver. ſuſpicio, p.* 2. *Amat.dec.* 14. Obſerva *prag. Comitis Sancti Stefani, ut infrà.* Quando Judex eſt ſuſpectus, non poteſt intereſſe in aula, etiam *in relatione* Comiſſarii cauſæ, *pragm.*40.§.4.*de offic.S.C.* Recuſatio eſt in ſcriptis proponenda, *Affl.dec.*354. Et cau-

ſa ſuſpicionis à recuſante proban-
da eſt; Et illam non probans, tunc
amittit depoſitum factum, *pragm.*
40. *de dilat.*

Non recuſatur Judex ab illo, qui
expreſsè, aùt tacitè ſuſpicioni re-
nunciavit. Quaproptèr appellans
à Judice à quo, ad Judicem ad quẽ;
recuſare nequit Judicem ad quem,
quia per appellationem *tacitè* re-
nunciavit ſuſpicioni Judicis ad
quem, *leg. apertiſſimi, C. de judic.*

Eſt ſuſpectus Judex inimicus, ſivè
inimicitia ſit, ſivè non ſit capita-
lis, ſivè ſit vera, ſivè præſumpta;
Nam in ſuſpicionibus officialium
attenditur *æquitas*, & non rigor
juris, quæ æquitas diſplicere non
debet Judici, quia relevatur ab aſ-
ſiduis laboribus. *Reg. de Marin. to.*
1. *c.* 211. *Reg. de Ponte, dec.* 30. Si-
militèr eſt ſuſpectus judex cõſan-
guineus, aùt affinis partis, uſquè ad
tertium gradum conſanguinitatis,
& uſquè ad *ſecundum gradum* affi-
nitatis incluſivè, numerãdũ ſecun-
dùm jus Canonicũ, *prag.* 25. *de off.*
S. C. pragm. 3. & 5. *de muneri. offic.*

pragm.

pragm. Comitis S. Stefani, ut infrà.

Excipe, judicem consanguineum, vel affinem utrique parti, in æquali gradu, *de Ponte. l. cit.*

Judex est suspectus in causa, pro qua consuluit, aùt advocavit, *l. fin. C. de assessori. Sanfelic. dec. 80. nu. 11.*

Est suspectus etiam in illa causa, in qua est Advocatus ipsius filius, frater, nepos, patruus, aùt gener, *pragm. 1. §. 4. de cau. decid. prag. 23. de offic. S. C. prag. 5. de mune. off.*

Quando Præsidens S.R.C. est suspectus, tunc supplicationes in causa occurrẽtes decretantur à *Decano S.C.* in ejus Aula, & Magister actorum notat per S. C. fuisse factam decretationem, *pragm. 27. de offic. S.C.*

Adverte, quod prò supicionibus officialium in anno 1689. sub die 2. mensis Septembris, promulgata fuit *Reg. Prag. Excell. Comitis Sancti Stefani, tunc Proregis hujus Regni*, in qua *inter alia* disponitur, quod supicionum Capita *tantùm* subscribi debent *ab Advocato ordinario causæ*, quæ præsentari de-

debent pœnes acta *à principalibus* litigantibus, vel ab eorum *Procuratoribus*, cum *ſpeciali mandato*. Diſponitur etiam; *Officialium recuſationes proponi debere dumtaxàt in tribunalibus ubi agitatur lis*.

CAP. V.

De Judice adjuncto.

DAtur Judex adjunctus; quando vota ſunt paria, aùt ſingularia. Similitèr per defectum Judicum, vel ſi unus ex votantibus eſt ſuſpectus, *pragm.4.de dilation.* Et in his caſibus ſuſpectorum liſta minimè datur. A' judicis adjuncti datione non appellatur, ſed Judex adjunctus allegari poteſt ſuſpectus cum depoſito, *cit.pragm.*40.§. 4.& 5. *d.prag.Comitis S. Stefani.* Conceditur adjunctus à Prorege. A' Collaterali Conſilio. A' Præſide S.C. A' Regente M.C. Vicariæ in eorum Tribunalibus. Et Judex adjunctus petitur poſt concluſum

in

in cauſa, *dicta pragmat.* 2.§.2.

CAP. VI.

De Actore.

ACtor eſt proſequutor actionis ſibi competentis in judicio, *l. nihil, ff.de act. & oblig.* In civilibus actor. In criminalibus accuſator dicitur *l. qui prior, ff.de judic. l.2. ff.de accuſat.* In principio litis tenetur Actor preſtare cautionem expenſarum, *Carav.rit.* 200. Eligens (abſque proteſtatione) viam ordinariam ſibi præjudicat in via exequutiva, *Maſtrill. dec* 157. Actor à Reo cogi valet ad ſuam edendam actionem, ad hoc ut poſſit ſe defendere, *l.non eſt novum, C.de eden.* Et in proſequendo judicio actor poteſt, ante conteſtationem litis, mutare actionem ab ipſo deductam, ſi adſit in libello clauſula; *cum poteſtate variandi, &c.*

Agere non poſſunt omnes, quibus in jure agere prohibetur. Quaderè agere non valent excommunicati, ma-

majori excomunicatione, *Cap.*8. *de ſent.exco. in* 6. *l.placet, C.de ſacroſ.Eccleſ.* Hinc, excomunicati reconvenire non poſſunt, nam agerentur. *Cap. cum inter, de except.* Item, non conceduntur monitoria excomunicatis, *Genuenſ. in prax. Archiep.c.*1. *num.*9. Infames ſimilitèr agere non poſſunt, *l. unica, C.de infam.lib.*10. Perjuri, *l.ſi quis. C.de tranſact.* Decocti, *l. idem, ff. de arbitr.* Pupilli, Minores, Prodigi, quibus adminiſtratio interdicta fuit, *§.prodigus, inſt.qui teſtam. l.*1. *ff.de admini. tuto.* Et excomunicationis exceptio opponi valet in qualibet parte judicii, inquit *Muſcatell.in prax. civ.p.*3. *gl.ſimiles, num.*2. Poteſt vaſſallus (venia non petita) in jus vocare Dominum, quia in jure hoc prohibitum non invenitur, *Clar.lib.*4.*§.feudũ, qu.*25. Neapolitanus actor, ex privilegio trahit, & non trahitur, *pragm.*2.*de immu.Neapolitanor.* Et uti Neapolitanus reputatur ducens uxorem Neapolitanam, & emens, aùt ædificans domum Neapoli.

poli, *prag.* 1. *eod.tit.* Agens ex una cauſa, & aliam probans cauſam, non obtinet in illo judicio. Dilatio ad probandum conceſſa Actori, eſt etiam Reo conceſſa, nam ad imparia non jūdicatur, *ut infrà dicemus, leg. Publius, ff. de pact. dota.* Actor deſervit ad ſubſtantiam judi-
* cii, nam judicium conſtare debet ex actore, judice, & reo, *glo. in c. forus, de verb. ſignif. Ricca, in prax. civ. nu.* 124. Nequit actor vocare in judicio moribundum, nè afflictio addatur afflicto, *ut diximus in anno* 1688. *in pract. civ. c.* 3. *n.* 94. Invitus agere non cogitur, *tit. Cod. Nemo invitus, &c.* Minor quatuordecim annorum (ſine Tutore) agere nequit, *cap. ex parte, de appellat. l.* 1. *ff. de admini. tuto.*

Animadverſiones.

Abſoluto Reo in judicio criminali,
* non poteſt actor ex eadem cauſa civilitèr agere, niſi proteſtatus fuerit. *Marant. in pract. pag. mihi* 21. *n.* 1. In criminalibus *ſponte* comparẽs, delictum commiſiſſe non præſumi-

tur,

tur, & tunc fit decretum; *Stante ſpontanea præſentatione, recipiatur depoſitio, & relaxetur cum mandato per civitatem, per palatium, vel domi*, arbitrio Judicis. Poſteà idem Judex, ſi ei *juſtè* videbitur, providet, *Viſa depoſitione Titii, non procedatur, & tollatur mandatum.* Accuſator non poteſt iterùm accuſare inquiſitum *diffinitivè* abſolutum, nam ſententia diffinitiva finem ponit judicio, *l.* 1. *ff. de re judic. Jaſon, in l. properandum, Cod. de judic. Verde, in optic. juris, numer.* 835. Accuſatus accuſare nequit, etiam ſine purgatione canonica, nam *hodiè* purgationes canononicæ (pro innocentia probanda) ſunt improbatæ, *Cap.* 8. *de purgat. cano. cap. fin. de præſumpt. cap. conſuluiſti*, 2. *qu.* 5. Accuſatus dare fidejuſſorem (in Curia morari) non compellitur. *Cap. Regni* 47. Accuſatio fieri nequit per Preſonerios, vel eorum familiares, niſi delictum ſit publicum, *Cap. Regni*, 119. *Regis Caroli II. B.M.* In actione negatoria, Actor ſolùm probare debet

bet *dominium* prædii, ſtante quod prædium liberum præſumitur, *leg. altius, C. de ſerv. & aqu.* Actor nequit ad imparia cum Reo judicari, *l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. C. non licet, de reg. jur. in* 6. Actor (ſine libello) non admittitur ad agendum, *cap.* 1. *de libell. oblat. l. de unoquoque, ff. de re judic. prag.* 1. *de ord. judic.* Secùs in cauſis minimis, *Conſt. Regni, incip. Dilationes.*

Actor reconventus renunciare nequit ipſius conventioni, ad reconventionem impediendam, cum ſit reo jus jam quæſitum. *Bald. in l. petendæ, C. de temp. in integr. reſtit.* Actore non reſpondente reconvẽtioni, ei denegatur audientia ſuper conventione. *Cap.* 1. *&* 2. *de mutuis peti. Spec. in rubr. de reconventione, §. videndum.*

CAP. VII.

De Reo.

Reus dictus à re, quæ ab actore petitur. In criminalibus dicitur

tur inquiſitus ; à *reatu*. Deſervit ad ſubſtantiam judicii , nam judicium conſtare etiam debet ex reo, *Cap.forus, de verb.ſign. leg.*29. *ff.de judic.de Arnono,in pract.civ.cap.*3. Reus habet cauſam favorabiliorem quàm actor , adeoquè in dubio favẽdum eſt Reo.*Dec.cõſ.*546.

Hinc , reus opponere poteſt plures exceptiones , licèt *contrarias*, inter ſe ipſas. *Affl.dec.*134.*num.*3. Reus excommunicatus reſpondere valet,nam reſponſio *eſt defenſio*, quæ excomunicatis non denegatur . *Cap.*7. *de judic.* Non tenetur reus comparere in loco non tuto: nemo enim poteſt ſe exponere periculo vitæ , nam nemo eſt dominus ipſius vitæ . *Affl. dec.*29. Nec tenetur declarare quantitates exactas , nec oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.Etenim arma non ſunt ſumenda à domo Rei. Non poteſt trahi extrà ſuam Civitatem , *Cap. ſi quis,*3.*qu.*6.Actore non probante reus abſolvitur , *Fachin. contr. jur.lib.*2.*cap.*26. *Additio Auctoris*

* Inquiſitus ex ratione jàm ad

du-

ducta, non tenetur edere Fisco instrumenta contrà se facientia, *l.2. §.item divus,ff.de jur.fisc. Clar.lib. 5.sententiarum,§.fin.qu.27.num.2.* Prò causa criminali *mulier* carcerari valet, secùs prò causa civili,si honestè vixerit, *§.necessarium,auth.ut nulli judic.leg.3.C.de custod. reor.* Reo confesso, & convicto sunt etiam concedendæ defensiones, ut veritas (magis)pateat.*Put. de syndic. v. tortura.* Pro condemnando inquisito (pœna ordinaria) probationes esse debent luce *meridiana* clariores, & de *necessitate* concludentes, *l.qui sententiam,C. de pœn.Angel.in l.2.ff.de furt.* Hinc est, quod Reus convictus indiciis, aùt præsumptionibus condemnatur pœna extra ordinaria, *leg. fin. Cod.de probat.Marsill. cons.96. nu.* 10. Reus convictus de uno crimine, *de alio* interrogari nequit.*Navar.de restit.cap.4.num.*170.Interrogari potest de consociis, *si legitima* adsint indicia; & in illis delictis, in quibus *etiam de consociis non interrogatus*,consocios denuncia-

ciare tenetur, nam injuria tunc ejus ſociis non fit, ut in crimine *læſæ Majeſtatis, falſæ monetæ, aſſaſſinii, graſſationis viarum, & receptationis Proditorum, ſeù Forjudicatorum, leg. fin. C. de accuſ. c. 1. de conſeſſ. Gram. dec. 28. Peguer. deciſ. 5.* Inquiſitus ſe defendit, ſi proceſſus ſit *nullus*: ſi de *corpore delicti* non conſtet: ſi condemnatus fuerit *indefenſus. Abb. in cap. delicti, de judic. Marſ. conſ. 13.* Reus probat ſe innocentem, oſtendendo tempore delicti ſe *abſentem* fuiſſe à loco patrati criminis, vel probando *adhùc vivum*, quem dicunt à ſe occiſum; Et hæc dicitur probatio per *evidentiam facti*, *Clar. §. fin. qu. 52.* Inquiſitus dans teſtes prò *repetitis*, excipere valet contrà ipſos, & eorum dicta, alitèr eſſet renunciare defenſioni, ſcilicèt repulſæ, contrà jus naturale, *Bajard. ad Clar. qu. 45. num. 38.* Et *teſtium repetitio* eſt, ſi teſtes iterùm deponant, parte tamèn citata. *Guid. Papa, deciſ. 216.* Teſtes mortui, ante ipſorum repetitionem, non probant

bant, mors enim omnia ſolvit, *l.2. & fin.Cod.de probat.Farinac.q.72. nu.*133.*Guazzin.defenſ.*24.Quando proceditur *ad modum Belli*, etiam teſtes ſunt *repetendi*, quia repetitio teſtium eſt defenſio (ut dictum eſt) tendens ad veritatem indagandam, adeoquè nunquàm deneganda, ſed ſemper concedenda, *l.*1.*ff.de quaſtion.l.*19. *ff.de pœn. Pragm.*10.§.51.*de offic.jud.Merlin. tom.* 1. *controv.* 42. Defenſiones à Reo renunciari nequeunt, cum ſint juris naturalis præceptivi: nemo enim (ut diximus)eſt dominus ejus vitæ,nam unuſquiſq; eſt uſufructuarius ipſius vitę.Deus Creator,eſt Dominus directus vitę noſtræ, *l.liber homo,ff.ad l.Aqui. Gomez,to.*1.*var.c.*13.

Quotuplex ſit judicium?

Dividitur judicium in poſſeſſorium, & petitorium. In ordinarium, & ſummarium, in civile, criminale, & miſtum,*ut ſuprà dictum eſt.* Adverte, quod poſſeſſor eſt melioris conditionis, quàm petitor; undè

manutenendus eſt in poſſeſſione, in qua reperitur, ſola facti veritate inſpecta, *prag. 1. de conſerv. prag. 77. de offic. S.C. Franc. dec. 596. nu. 4.* Dicitur poſſeſſor, ſi quis *fundo* culturam fieri mandavit. *Si fundi fructus* collegerit. Si *captæ poſſeſſionis* inſtrumentum exhibuerit, *leg. 49. ff. de acq. poſſeſſ.* In ſummario judicio reiciuntur exceptiones; altiorem requirentes diſcuſſionem. Hinc eſt, quod in Salviano, aùt in interdicto, *Quorũ bonorum*, vel in remedio *legis fin. Cod. de ædict. div. Adrian. toll.* Executio minimè retardatur, *l. fin. C. quo. bon. Aff. l. dec. 119. Additio*) Poſſeſſio continuata probatur, ſi teſtes dicant, quod
* quis poſſedit per tot annos, & per totum ipſum tempus poſſedit, *Bar. in l. Celſus, ff. de uſucap.* Similitèr, ſi teſtes deponant, quod Titius poſſedit tali anno, & alii dicant de ſequenti anno, & alii de ſequenti, &c. *glo. in l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtib.* Judicium factum coram judice incompetente, niſi appareat de prorogatione, eſt nullum, *tot. tit.*

Cod.

Cod.ſi à non compet.judic. Similitèr, judicium eſt nullum, quando judex formitèr recuſatus (puta, cum comparitione, & per capita, cum depoſito) procedit ad ulteriora in cauſa. *Alex. conſ.* 89. *vol.* 1. Item, eſt nullum judicium, quando cum falſo procuratore agitatum fuit. *Bart.in leg.licet, C.de procur.* Similitèr, quando vir, ſine uxoris mandato, agit uti procurator. *Roman. conſ.* 446. Deniquè, dilatione pendente, *Bald.in l.ſivè pars, Cod.de dilation.*

CAP. VIII.

De citationibus.

CItatio eſt defenſio, à jure divino proveniens. *Gen. cap.* 3. ibi; *Adam ubi es?* Eſt vocatio Rei in judicio, *auth.offeratur, C.de lit.conteſt.* Partes ſubſtantiales citationis ſunt tres, nimirùm. *Commiſſio de citando,* à Judice facta, cum expreſſione cauſæ citationis. *Executio cõmiſſionis,* facta per Nuncium, ſeù

Porterium. *Relatio ipſius Nuncii. Gallæp..p.3.prax.c.2.* A nuncio relatio facienda eſt eodem, vel ſequenti die citationis, ſub pœna privationis officii, *prag.28. §.3. de offic. S. C.* Extrà Civitatem Nuncius citare debet coràm duobus teſtibus, *prag.2.de ordi.judi.* Citatio, alia verbalis, alia in ſcriptis, alia domi, alia perſonalis, alia per ædictum, *Tuſc.v.citatio, concluſ.253.* Reus in Regno citatur domi, vel perſonalitèr, *excepta prima citatione, cit. prag.2.* Dies termini non computatur in termino. Ultimus verò dies citationis computatur in termino. *Rit.M.C.119.* Procuratore abſente, aùt non reperto, vel mandato procurationis non acceptante, tùnc eſt citandus principalis, ut ſe defendat; ſecùs omnia acta eſſent nulla. Citatus extrà *juriſdictionem* Judicis citantis comparere non tenetur, *l.extrà territorium, ff.de juriſd. omn.judic.* In citatione noctu facienda, tria ſunt adhibenda luminaria; Et noctu dicitur: Ave Maria pulſata, *leg.1. §.*

tria,

tria, ff. de ventr. inſpi. In omni actu judiciali, citatio requiritur. *Rit.* 46. *Navar. in pragm.* 1. *de citat.* Secùs in incuſatione obligationis apud acta Curiæ. *Carav. rit.* 128. *Franc. dec.* 118. Univerſitas citatur per ſyndicum, qui repreſentat ſuam Univerſitatem, *Ang. in l.* 1. *§. in omnibus, ff. quod cujuſque.*

Additio) Reus ſi præſens eſſet in judicio, tùnc à judice cogi valet ad reſpondendum, nam vocatio in judicio non requiritur, quando Reus eſt præſens in judicio. *Excipe*, ſi reus dixiſſet; promptus non ſum ad reſpondendum, quia conventus ſum tanquàm hæres extraneus, qui præſumitur defuncti factum ignorare, vel quia factum eſt valdè antiquum *Jo: Andr. in cap. fin. de elect.* Eo fortiùs judex monere valet (pro tali die) reum in judicio præſentem; & hæc dicitur citatio *vivæ vocis*, & majorem inducit effectum. *Rota, deciſ.* 37. Quæres, *utrum citatio verbalis fieri poſſit in Eccleſia, ubi citandus reperitur?* Citatio verbalis eſt, quæ tantùm

reum monet, ut veniat coram judice, ad dicendum, quæ pro ſua defenſione voluerit. Hinc *ad quæſitum* dico; Duplicem eſſe ſententiam; prima aſſerit, poſſe fieri in Eccleſia; & eſt opinio *Bar. in l. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ. confu. Rov. in pragm. 1. de juriſd. inv. non turb. Sanfelic. deciſ. 17. Altimar. de nullitat. tit. 12. qu. 10. nu. 126.* Secunda ſententia ſuſtinet; non poſſe fieri, quia Eccleſia non eſt territorium judicis citantis, *l. extrà territorium, ff. de juriſd. omnium jud. Ricc. colleƈt. 109. Barboſ. de poteſt. Parochi, cap. 13.* Ego tamen *remitto me juri.* Attamen citatio facta Reo *in vinculis* tenet, nam carcer non eſt locus exemptus, licèt ſit mala manſio, *Bart. in leg. 3. ff. de in jus vocan.* Reus ut condemnetur ad litis expenſas, citandus eſt, ut ſe defendat, utrum *temerè*, vel vel *non temerè* litigavit, & *ità in dies praƈticatur*. Citatio continere debet *competentem terminum* ad comparendum; & in citatione extrà Regnum erit tempus compe-

tens

tens ſpatium ſexaginta dierum; Et in Regno remittitur tempus arbitrio judicis. *Conſt. Regni: Edictorum.* Si deſit in citatione terminus ad comparendum, adhùc reus comparere tenetur intrà terminum juris, juxtà *ſtylum* Curiæ. *Sanfelic. in prax. ſect. 4. num. 5.* Requiritur in citatione, ut exprimatur locus, ubi reus comparere debet: Et locus (ubi) reus citatur attenditur, adeoquè ſi dies feriata (ibi) currat, tùnc citatio eſt nulla. *Clem. 1. de foro compe. l. ſi locus, ff. de judic. Rit. M. C. 116. Maſtell. ad Capyc. dec. 79. Guazzin. defenſ. 12. c. 1.* Tenet citatio Tutoris, licèt in citatione *non exprimatur*, quod Titius citetur tutorio nomine, nam ex *ſubjecta* materia id demonſtratur, *Giurba, dec.* 98. Citatis principalibus intereſſe habẽtibus, ſunt etiàm citandi ſecundariò habentes intereſſe, puta ſubſtituti fideicommiſſarii, quando ſubſtituti ſunt Eccleſiæ, quæ dicuntur ſemper vivere; cum ipſorum intereſſe *ſemper certum, indubitatumque* eſt,

Maſtrill. dec. 122. *Caſtill. deciſ.* 61.

Quando *citatio ab initio fieri poſſit domi?* Prima citatio eſt facienda perſonalitèr, ut practicatur quotidiè in Regiis Tribunalibus hujus Civitatis; Et ità recepta eſt in praxi, *cit. pragm.* 2. *de ordin. judic.* Nùnc *ad quæſitum reſpondeo* poſſe citationem ab initio fieri domi, ſi citandus *fraudulentèr* ſe latitet. Non enim dolus à reo patrocinari debet, cum actoris præjudicio, *l. Fulcinius, ff. ex qui. cau. in poſſ. eatur.* Similitèr, ſi cauſa moram *non patiatur*, *l.* 2. *ff. de appellat.* Tandèm, ſi citandus permanere *teneatur* in aliquo loco certo, ut eſt Gabellarius, &c. *Rota, dec.* 1. *in novis, de dolo, & contu.*

Judicium ſine citatione, etiam *corâm Principe* redditur nullum; nam citatio, *ut diximus*, eſt de ſubſtantialibus cauſarum, & eſt defenſio; proveniens à jure divino; & Princeps nunquàm tollere intendit ea, quæ à jure divino proveniunt. *Rit. M. C.* 46. *Suarez de Paz, in prax. ſub tit. de citatione, n.* 9. *pa.* 34.

Ci-

Citatio in ſcriptis eſt, quæ in ſcriptis fit, copia relicta Reo, *cap. cum parati, de appellat. Conſt. Regni; Edictorum, ſub tit. de litter. citator.* Citatio per edictum eſt, quæ parieti affigitur. *Clem.* 1. *de jud. prag. incip. Quilibet agere.* Et fit quando reus, *ut citetur*, inveniri nequit. *C. fin. de dolo, & contu.* Citatio per Proclama eſt, quãdo Nuncius leggendo alta, & intelligibili voce, & per *tubam* citat ad comparendum. *Tuſch. in verbo citatio, concl.* 259. Practicatur in confectione inventarii contrà Creditores hæreditatis defuncti, *l. fin. C. de jure delibe.* Quæ citatio *eſt duplex*, una *generalis*; Et fit, quando Creditor citandus incertus eſt; Alia *ſpecialis*; Et fit, quando Creditor citandus eſt certus, ſed non reperitur, quia abſens eſt. *Bart. in l. de ætate, ff. de minoribus.*

Citatio per Campanam eſt, ſi tali inſtrumento quis citetur. Fit prò Capitulo cõgregãdo, aùt pro convocanda Univerſitate ad conſiliũ, vel pro convocando populo ad

perſequendum Bannitos, aùt Turchas. *Abb. in cap. 1. de offi. cuſto.* Fit etiam Citatio per Tabellionem, nempè per Actuarium, vel Scribam cauſæ; Et tùnc actuarius, vel ſcriba facit actum *in ſcriptis* de tali citatione, uſ quotidiè in cauſis criminalibus practicatur. In Regno, citatio continere debet *peremptorium*; & peremptorium continebit, ſi fiet una citatio pro omnibus, ſecùs citatio non valeret. Fit in citatione per edictum, & in citatione pro cenſura eccleſiaſtica ferenda, *l. ea, quæ, C. quomo. & quan. judex. Conſtit. editorum, §. citatio. De Leonard. in pract. offic. c. 12.* Si ultimus comparitionis dies incideret in diem feriatum, tùnc citatio valeret, & citatus comparere tenebitur *ſequenti die* non feriato, *l. ex quacunque, ff. ſi quis in jus, &c. Rit. M.C. 232.* Ultimus verò dies computatur in termino, nàm à principio tenuit, *l. 1. ff. de edilit. edict. cap. cum dilecti, de dolo, & contum. Rit. M.C. incip. Item, quod tàm in civilibus.* Citatio facta in

die

die feriata est nulla ; valet tamen præsentatio citationis apud acta in die feriato , *Rit.*82. Valet citatio in die feriato facta, pro recuperatione processus, pro notificatione decreti, quod non alienet , prò inhibitione judicis , nè inferatur præjudicium aliquod per sequestrum; & *ità in dies rationabiliter practicatum Ego vidi.*

Cujus occasione scias , quod *Feria* triplex est, nimirùm *Solemnis, Repentina , & Rustica.* Solemnis, est instituta ab Ecclesia in honorem Divinum, *cap. conquestus, de feriis.* Et huic Feriæ non licet partibus renunciari; & omnia acta judiciaria tùnc facta sunt nulla , *l. fin. C. de feriis , cap. fin. de fer.* ità ut instrumentum , etiam quarantigiatum, tùnc exequi non valet . *Alex. lib.*5. *cons.* 78. *Menoch. de arbitr. qu.*5. *num.*14. Feria *repentina*, est instituta ab Homine ; ob repentinum aliquod incidens , puta ob victoriam , aut nativitatem Principis , in qua repentina feria , *nec etiam fit actus judiciarius* vali-

dus, *leg. ſed , & ſi , §. ſi feriæ, ff. ex qui. cau. ma. Peguera, dec.* 14. *Theſaur. dec.* 37. Ruſtica *feria, eſt* inſtituta à lege, favore Annonæ, ſeu invigilantium rebus ruſticis, puta frumenti, olei, &c. *l. omnes, Cod. de feriis.* Excipe cauſas *delegatas , & fiſcales*, vel cauſas, quæ *moram non patiuntur* ; in quibus cauſis proceditur, feriis non obſtantibus , *l. ſolent , ff. de fer. l. publicas, C. de feriis* . Iſtis feriis partes *renunciare valent* , quia ſunt introductæ ad eorum favorem, *l.* 6. *ff. eod. Cap. fin. de fer. Theſaur. dec.* 39. Et renuncians feriis, nequit poſteà ferias allegare, ex reg. *quod ſemèl placuit, &c.*

In Regno, *feriæ eſtivæ* comprehendunt ferias *ruſticas* , à die 14. *Julii, uſquè ad diem* 4. *Octobris*, niſi adſit *Prorogatio* feriarum, facienda *à Prorege* . In quibus eſtivis feriis (ex Conſuetudine) excarcerantur debitores , præſtita tamen cautione; de ſe cõcordando, vel redeundo ad carceres, feriis terminatis, *prag.* 2. *de feriis*. In iſtis feriis eſtivis proceditur ad *compilationem* proceſſus,

ſus, etiam parte *reluctante*, ſcilicèt diſcrepante, & non conſentiente, prevìa tamen diſpenſatione Excellentiſſimi Domini, per Segretariã juſtitiæ, aùt per Regium Collaterale Conſilium, quod *procedatur, feriis non obſtantibus. R. Petra, rit.* 208. Tempore feriato, carcerari licet Flagitioſos, verùm etiam Debitores de fuga ſuſpectos; nè detur anxa ad delinquendum; Et nè Creditor, propter ferias, ſuum feriet creditum, *l.* 10. *C. de fer.* Similitèr, omnis actus ad bonum publicum, vel voluntariæ juriſdictionis fieri valet in die feſtivo, ut eſt adoptio, emancipatio, &c. *leg.* 5. *Cod. eod. Rebuff. de privileg. Scholar. privi.* 4. *Marant. in prax. civ. par.* 4. *nu.* 86. Demùm, exceptio feriarum opponi valet in qualibet parte judicii. *Menoch. de arbitr. caſu* 140.

Et nè occaſione feriarum ferientur, etiam citationes, ideoquè *redeat ſermo ad Citationes*. Creditor citare valet ejus debitorem antè ſolutionis diem, ut deindè debitor exequatur, adveniente ſolutionis tẽ-

po-

pore; nàm per talem citationem debitori nulla fit injuria, & effet cautela creditoris; & hoc modo lites *citiùs* finirentur, & ità sentit *Surd. dec.* 151. *Vivius, decis.* 403. Actor si citare vellet aliquem actũ Procuratori Rei; qui procurator non inveniatur, vel sit absens à loco judicii, tùnc actus ille citandus est principali, ut se defendat, *ut in dies practicatur.* Quando agitur de amittendo commoda possessionis, tùnc reus *personaliter* citari debet, cum agatur de re gravis præjudicii, *Bald. in l. item illa, ff. de consti. pecu. Innoc. in l. fin. de eo, qui mitti. in poss.* Tandèm; quando comparet conjuncta persona Rei citati domi, tùnc à Judice concedi debet reo terminum competentem ad comparendum. *Paris. in prax. civ. p.* 3. *cap.* 10.

Actuarii provinciales diligentes esse debent in missione citationum ad informandum, & ad forjudicandũ M.C. V. sub pœna unciarum auri 50. *prag.* 6. *de citation.* Citatus ad forjudicandum; post annum fit cõtu-

tumax ; nisi fuerit citatus cum abreviatione termini , ut in ictu scopictæ,& in raptu virginum,sub colore matrimonii, *cit. pragm.6.& cap. Regni* 262. Relationes in dictis citationibus solùm faciendæ sunt per Alguzerios M.C.notatos, in matricula scriptos , & scribere scientes , *pragm. 7. Comitis de Lemos,de citat.* Barones non possunt reos citare , nequè exercere merũ, & mixtum imperium, nisi à Rege eis concessum fuerit ; Et habentes prædictum imperium , si eo malè utantur, possunt illo privari,*prag.* incip: *Mandantes etiam.* Tandèm, in criminalibus causis citari possunt decem personæ , quæ constituere valent eorum procuratorem, *cap.Reg.*282. *& cap. incip. Studio prosequentes,& cap.Statuimus.*

Effectus Citationis.

Primus effectus est , quod judicis jurisdictio *perpetuetur*, *cap.gratum, de offic.jud.deleg.* II.est, quod præscriptio *interrumpatur*, nam per ci-

te-

tationem inducitur mala fides, *l.ſicut,Cod.de præſcript.*30.*vel* 40. *anno.cit.cap.gratum. Petra,ad Gram. dec.*65. Intelligas,de citatione non circumducta : nàm circumducere, *per text.in l.poſt edictum,ff.de judi.* eſt rem cancellare. III. eſt, quod forum *variare* actori prohibetur, *glo.in cap. quoniam, de probat.* IV. eſt, quod citatus, niſi compareat *contumax* efficiatur, *l.contumacia, ff.de re judic.* V.effectus eſt, quod *inducatur litis pendentia,cum præventa* ſit juriſdictio judicis citantis, *l.pen.ff.de juriſd.omn. jud. Affl. dec.*220. *num.*3. *Cagnol.in l.diffamari,Cod.de ingen.& manu.*

De Citatione circumducta.

Circumducere eſt rem cancellare,ex-
* tinguere, ſeù expirare, *per d. leg. poſt edictum*, ideoq;circũductio citationis eſt idem, ac cãncellatio, extinctio,ſeù expiratio citationis. Extinguitur citatio facta in hac Civitate per 30. dies, & contrà exiſtentes extrà Civitatem hanc,

cir-

circumducitur 60. dierum ſpatio. *Rit.* 126. & 129. Similiter, circumducitur citatio contumacia non incuſata die, quo cadit. *Rit. M.C. incip. Item ſervat, de pract. ſuper citat.* Extinguitur etiam Citatio, quando actor contumax eſt; Et hoc caſu ad expẽſas tenetur actor, & cavere debet de comparendo in poſterum, *cit. l. poſt edictum, Conſt. Regni, Spontè volentes.* Citatio circumducta reviviſcit per comparitionem Rei. *Carav. rit.* 166. *num.* 34. *Ill. Verde*, benemeritus Preçeptor meus, *lib.* 3. *inſt. civ. nu.* 1423. Qui dat auream cautelam, nè citatio comparitione reconvaleſcat, & eſt; ut reus mittat alium Procuratorem ad opponendum de citationis circũductione, nàm tùnc reus non renunciat tacitè juri ſuo.

Additio) Similiter circumducitur citatio, ſi citationem impetrans, tenuerit eam per ſex menſes, abſq; illius notificatione; & tùnc renovabitur citatio per novam citationem, *cit. Rit. M.C. Item ſervat.*

Diximus, quod citatus, niſi compareat,

reat, reddatur contumax, adeoquè nè nos contumaces in hoc simus, agamus.

De contumaciis.

Contumacia dicta à *Con*, & *tumeo*, quasi quod Contumax tumeat; nempè inflatur, & sit Superbus, non parendo mandatis Judicis. Undè contumax dicitur, qui contendit judici parere, & judici parendum est, juxtà *Catonis* dictũ, *Pare foro*. Hinc, non efficitur contumax, citatus non comparens propter ipsius gravem infirmitatem, apparentem ex fide authentica probi Medici, quià tùnc citatus certò certiùs non inflatur, sed potiùs humiliatur; Et per ipsum non stat, quia non potest, *leg. quæsitum, ff. de re jud. l. 2. ff. si quis cau. Rit. M.C.* 176. Citatus, nisi compareat in termino in citatione statuto, dicitur contumax, *ut dictũ est*; Nàm præsumitur judicem cõtendere, *pragm. 3. de ordin. iudic.* Et hic est contumax præsumptus.

Da-

Datur etiàm contumax verus; Et eſt, ſi perſonalitèr citatus, non cõparet. Actore inſtante; contumaciæ incuſantur. Nàm contumaciæ ſunt favore actorum, & unuſquiſque renunciari valet tacitè, aùt expreſsè favori ſuo. Et in caſu noſtro renunciatio eſſet *tacita*. *Rit. M.C.82.cit.prag.3.*ibi: *Et actor ejus contumaciam in termino accuſaverit*. Contumax dicitur de fuga ſuſpectus, *Galter.in prax. inſtrum. verſ.perſonalitèr, num.12.* Prò confeſſo hebetur. *Cap. decernimus, 3.q. 9. leg. 53. ff.de re jud.* In civilibus contumax non auditur, expenſis non refectis, purgando priùs contumaciam per medicinam expenſarum: *ſalubre remedium hujus morbi. Urſill. ad Affl. dec.133. num.4.* Secùs ſi de juſto impedimento doceret. *Afflict.dec.29.num.3.* Et judex tùnc reſtituit tempus decurſum impedito; in cõparẽdo, *d.prag. 3.de ordi. judic.* Adversùs contumacem oportet; judicem eſſe rigoroſum, *l.1.ff.de appe. cit. prag.3.* ibi; *procedatur ad primi decreti inter-*

terpoſitionem. Contumax (in pœnam) fori privilegium amittit. *Affl. l.c.* Contrà cõtumacem (abſque alia citatione) proceditur ad ulteriora in cauſa, uſquè ad concluſionem. Monitio tamèn ad dicendum perſonalitèr eſt contumaci notificanda, *pragm.* 39. *de offic. S.R.C.* Et in praxi ità ſervatur.

Incuſatur prima cõtumacia; poſt lapſum termini ſtatuti in citatione. Sed ſi feriatus ultimus eſſet dies, tùnc in ſequenti die non feriato, contumacia incuſatur. Secunda contumacia incuſatùr; poſt lapſum tridui (non feriati) primæ contumaciæ, *pragm. incip. Relatione, de ordin. judic.* ibi; *triduo poſt primam contumaciam elapſo, contumax habeatur.*

Additio) Inſupèr datur contumacia formalis, & virtualis. Formalis eſt *propriè* contemptus, lacerando ſcilicèt commiſſionem Judicis. Et hæc contumacia *punitur criminalitèr, arbitrio judicis*. Virtualis eſt *impropriè* contemptus, ut eſt in citato non comparente. *Doctiſs. & Ill. Verde,*

Verde, olim Epiſ. Vici equenſ. B. M. in ejus florida optic. juris, nu. 970. Syndicus, Procurator, Tutor, & Curator dicuntur præſumpti contumaces, quia non conveniuntur eorum propriis, & privatis nominibus. Quando citatio tres cõtinet terminos, utin citatione *per edictũ*, tùnc citatus non dicitur contumax, ſi compareat in ultimo, & peremptorio termino. Etenim citatio hæc, confundendo omnes tres terminos, cenſetur (favore rei) unica citatio, & unicus terminus. Favorabiliores enim ſunt cauſę Reorum. *Cap. certum*, 11 *qu.* 3. Contumax prò præſente habetur in ſui præjudicium. Patitur ſequeſtrum fructuum, & amittit beneficium appellandi, aùt reclamandi. *Auth. qua in provincia, Cod. ubi de crim. Marant. in prax. par.* 6. Contumax reputari non poteſt, adverſa valetudine ſua, aùt ſuorum Conſanguineorum impeditus. Et Pauper excuſatur à contumacia. *Marant. in prax. civ. p.* 6. *num.* 2. 3. & 5. *pag. mihi* 329.

CAP.

CAP. IX.

De Libello.

Libellus eſt brevis, & clara ſcriptura actoris continens intentionem, *cap.* 1. *de lib. oblat. prag.* 1. *de ordin. judic.* Si Libellus obſcurus eſſet, tùnc inſtare poterit reus, quod actor declaret libellum in partibus obſcuris. *Aſſl. in conſtit. Regni*, incip. *Exceptiones*, *num.* 37. Libellus debet in ſcriptis offerri, cũ brevis ſit ſcriptura, *cit. prag.* 1. ibi; *dum tamen prò libello præcedat talis qualis petitio, ex qua Reus deliberari poſſit, an velit cedere, ve contendere. Clar. in pract. crim. lib.* 5. *§. fin. nu.* 7. Continere debet *cauſam*, ratione cujus libellans aliquid petat. *Rationem*, cur Judicẽ adeat. *Quid* actor pretendat; undè carmen illud. *Quis, quid, coràm quo judice petatur, & à quo.* Libellus formatur contrà Officialem in ejus ſyndicatu actione civili, & criminali, inſtando illum puniri ſecundùm

dùm formam juris Comunis, Capitulorum Regni, & Regiarũ Pragmaticarum. Sustinetur *absquè conclusione*, quando in libello ponitur aliquod verbum conclusioni *æquipollens*. Similitèr, si agatur interdicto recuperandæ possessionis, aùt quando in libello apposita est clausula; *Super quibus omnibus*. *Soccin. regula*, 231.

Libellus; unus conventionalis, & est; qui ab actore contrà reum fit, in causis civilibus. Alius reconventionalis, & est; qui à reo contrà actorem fit in eodem judicio. *Adverte*, quod in causis criminalibus libellus *querela* vocatur. Ineptus dicitur libellus, si agẽdi jus minimè concludat, aùt si nimiam cõcludat generalitatem. *gl. in l.* 1. *ff. de edendo.* Exceptio *ineptitudinis libelli, utrũ locum habeat in Regno?* Affirma, licèt in Regno procedatur summariè; Nàm de jure Comuni, per *text. in l. ampliorem*, §. *in refutatoriis*, C. *de appe.* libelli ineptitudo est in *magna* consideratione. Ergò talis exceptio locum obtinet, etiam in

Re-

Regno, ſecùs nec etiam eſſet in Regno in conſideratione aliqua. Et ly *magna*, aliquid operari debet, & operatur ẽt quãdo dicimus; *magna ſynodus*, hoc eſt Concilium univerſale, generale, OEcumenicum. Et quando in Evangelio dicitur; Dies *magna*, & amara valdè. *Alia ratio.* Judex in proferenda ſententia (in Regno) reſpondere, ẽt debet libello. Sed quando libellus non concludit jus agentis, Judex non poteſt reſpondere libello; ergò libellus etiam in Regno nequit eſſe ineptus. Major probatur, per *text. in l. de unoquoq; ff. de rejudi.* per *C. 1. de libe. obla. per conſt. Regn. Dilationes*, & tandèm per *pragm. 1. de ordin. judic.* Minor patet ex ſe. Conſequentia ſe tenet à forma. *Scias tamen*, quod clauſula ſalutaris (fortaſsè) in libello appoſita; *Super quibus omnibus petit jus, & juſtitiam ſibi miniſtrari*, ſalvat libellum à tali ineptitudine, ſecundùm *Abb. in cap. cum dilecti, de ordin. cognit.* Et tùnc *doctus* Judex *magnoperè* elabora-

borare debet ſuper facto litis, ut poſſit ſecundùm leges jus dicere; in ſententia per ipſum proferenda, nam ex facto jus oritur, *l.* 10. *ff. de juſtit. & jur.*

In libello cumulari ſimùl poſſunt plures actiones, inter ſe ipſas, non contrariæ, per clauſulam; *Deducens, &c.* Non admittitur libellus alternativam continens petitionem, *l. Prætor, §. quod autem, ff. de injur.* Quot in libello ſunt capita, tot ſunt petitiones, *l. etiam, ff. de minoribꝰ.* A judice poteſt libellus emendari, *cap. dilecti, extrà, de reſcript.* Ante litem conteſtatam libellus, per clauſulas in illo appoſitas, poteſt corrigi, minui, & alterari. *Afflict. dec.* 173. Non exigitur libellus in cauſa appellationis, quæ ab apertura proceſſus inchoatur, *Rit. M.C.* 253. Et ità *in dies practicatum vidi.* In Tribunalibus hujus inclytæ, & fideliſſimæ Civitatis non datur Reo copia primi libelli actoris, ſecùs in Curiis Eccleſiaſticis, & in Curiis laicalibus extrà urbem hanc; *Cap.* 1. *de*

lib. oblat. pragm.5. de ordin. judic. Et Actoris ſumptibus,*l.2.ff.de appe. Ricca,in prax. civ. num.66.* In cauſis sūmariis, & privilegiatis in Regno ſufficit talis qualis petitio, loco libelli, *cit. pragm.1. de ordin. judic.* Et in M.C.Vicariæ mandatum juſtificatum, ſeù pœnale ſucceſſit loco talis qualis petitionis. *De Leon.in pract.offic.cap.1.*

Additio) Libellus in ſcriptis offerendus non eſt in illis Curijs, ubi adeſt Conſuetudo in contrarium; Nam Conſuetudo derogat legem, & ſtylum Curiæ,*l.3.§.fin.ff.de teſti.Soccin. regu.223.* Quo ad ſubſtantiam libellus mutari nequit, poſt litis conteſtationem, ſcilicèt poſt termini dationem. Et quo ad ſubſtantiam mutaretur libellus, ſi actor (via exequutiva) petijſſet in iudicio cenſus decurſos, & poſteà intentaverit viam ordinariam(abſquè proteſtatione)devolutionis ex cauſa eorundem canonum,*l.edita, C.de eden.* Libellus, & talis qualis petitio ſolùm differunt quo ad formam, nam in libello forma à

No-

Nobis antedicta ſervanda erit, alitèr in tali quali petitione, cum forma in tali quali petitione ſit ad modum *memorialis*, vz. Al Signor Giudice di Vic. Michele Velli ſupplicando eſpone à V.S. come ſotto li, &c. gratioſamente improntò à N.N. docati cinque, per quelli doverceli reſtituire frà giorni otto; E perche ſono elaſſi detti 8. giorni, e non cura quelli reſtituirceli, benche più volte richieſto. Pertanto ſupplica V. S. ordinare à detto N.N. che reſtituiſchi al ſupplicante detti doc. cinque, altrimente ſia aſtretto, ut juris eſt, e l'havrà à gratia dà V. S. quàm Deus, &c. Diximus ſuprà; Quot ſunt capita in libello, tot ſunt petitiones, C. *cum prò cauſa, de ſentent. exco.* Adeoque judex reſpondere valet ſuper uno capite petitionis, ſalva proviſione facienda per ipſum, vel per ejus Tribunal ſuper alijs capitibus, ut in *dies practicatur.*

Clauſulæ, quæ apponi ſolent in fine libelli ſunt, vz. *Deducens omne jus,*

omnemque actionem. Hæc clauſula operatur, ut libellus extendatur ad cumulationem plurium actionum, *l.* 11. *ff. de iurisd. om. iud. Marta, de clauſu. p.* 1. *clauſ.* 256. *Non ſe adſtringens*, &c. Operatur, ut actor minimè adſtringatur ad probandum omnia in libello contenta. *Oſaſc. dec.* 144. *Omni modo meliori*, &c. Operatur, ut actus valeat eo modo, quo valere valet. *Vrſill. de Afflict. dec.* 149. *num.* 5.

Additio) Aliæ clauſulæ; Super quibus, &c. Hoc eſt; Super quibus omnibus, & eorum ſingulis petit jus, & juſtitiam ſibi miniſtrari. Operans, ut non ſolùm cenſeatur intentatum remedium magis utile ipſi libellanti, verùm etiam cenſeatur intentata omnis actio, quæ colligi poteſt ex narrativa, idcirco ſalvat litem ab ineptitudine libelli, ut ſuprà dictum eſt.

Cum poteſtate, &c. Hoc eſt cum poteſtate addendi, vel minuendi. Operans excluſionem doli, & facultatem addendi, aùt minuendi. Et quando aliquid in libello additur,

tur, tunc novus dicitur libellus in illo capite addito, & ità sentit *Surd. dec.228. per text.in l.edita, Cod.de edendo.*

Et ità, &c. hoc est; Et ità instat, & provideri petit. Operans repetitionem verborum præcedentium in libello. Est enim, clausula hæc, Epilogus Juristarum, *Honde.conf.* 45.*vol.*2.

Protestans se,&c.Hoc est;protestans se de omnibus expensis. Operans, ut iudex condemnare debeat in expensis Victum (temerè litigantem) Victori, *glo. in C. fin. de rescript. Bart.in l.properandum,Cod. de judic.* Et in practica datur etiã Cautio expensarum, pro Victoris cautela.

Demùm, dicta clausula; *Omni modo meliori*. Operans etiam, ut cesset pœna dupli; petenti plùs debiti. *Bal.conf.*478.*Ludovic.dec.*117.Similitèr,ut Judex ferre debeat sententiam prò libellante, licèt libellans in libello aliquid expressum non deduxit. *Vrsill.ad Afflict. l.c.*

De Peremptione instantiæ.

In Civilibus triennio instantia perimitur; Quod currit à die litis contestatæ, nam à tali die instantia incipit. *pragm. Exordiens, de instant. restit. Carav. rit.* 243. *nu.* 5. Secùs si Procurator ex adverso dilatet, *Alex. cons.* 42. *col.* 3. *vol.* 3. Triennium hoc nequit à Partibus prorogari; Quia naturalia propter publicam utilitatem introducta, à partibus prorogari minimè possunt. *Riccius, collect.* 1350. In Regia Camera Summariæ, ob interesse Fisci, non perimitur instantia, *Capyc. dec.* 11. Nec in Curijs Ecclesiasticis perimitur instantia, in quibus terminanda lis est infrà biennium, à die causæ motæ, *Cap. fin. de iudic. Trident. sess.* 24. *c.* 20. *de reform.* Item, non perimitur instantia in Curijs Laicalibus, quando pro expeditione causæ processus existit pænes causæ Comissarium, nam tùnc actor non est in mora. *Staib. lib.* 1. *for. resol.* 15.

15. Perimitur inſtantia in cauſis ſummarijs. *Rov. in prag. 2. de inſtant.* Ac etiam perimitur in cauſis coram judice delegato, vel coram Arbitrio. *Sanſelic. in prax. ſect. 35. Specul. lib. 1. de arbitris, §. 4.* Perempta inſtantia, extinguntur omnia acta ordinatoria judicii tantùm. *Felin. in C. cauſam, de teſti.* Reus, inſtantia perempta, ab obſervatione iudicij abſolvitur, *Bald. in l. properandum, Cod. de judic.* Et ſententia lata, perempta inſtãtia, eſt nulla. *Franc. dec. 593.* Reviuiſcit inſtantia per reſtitutionem in integrum, aùt per adhitionem Præſidenti S. C. qui nomine Regis, *refectis expenſis reo*, inſufflat uſquè ad tertiam vicem ſpiritum vitæ, *prag. 1. de inſtantia cauſæ, &c.* ibi; *prædicta omnia non habeant locum in perſonis, quibus per beneficium reſtitutionis in integrum ſubvenitur. Capyc. dec. 165.*

Additio) In cauſis criminalibus libellus extinguitur biennio. *Sed cur in civilibus cauſis perimitur*

ſpatio trium annorum, ut ſuprà dictum eſt? Reſponde, quia expedit reip. magis lites criminales (ad aliorum exemplum) finiri, quàm civiles; & concedendo minus tempus cauſis criminalibus, celeriùs illæ terminantur. *Reg. Tappia, dec.* 38. Inſtantia cum defuncto incœpta continuatur cum ipſius hærede, qui defuncti perſonam repreſentat, *l. ſi hæres abſens, ff. de judic.* Et tunc additur in decretatione Præſidis S. C. *Translato judicio in hæredes*, ſc. contrà *hæredes*. Expenſæ ſupradictæ deponuntur pœnes actorum magiſtrum, & ab eodem ſolvuntur Reo, petenti expenſas depoſitas, ut *in dies practicatur*. Inſtãtia cauſæ in judicijs, ſi culpa judicis decurſa fuerit, tũc reſtituta (ipſo jure) intelligitur, *prag. incip. Inſtantia cauſæ*; ibi; *Et intelligatur per judicem ſtetiſſe, ſi per duos menſes ante lapſum inſtantiæ, proceſſus concluſus ipſi judicij fuerit præſentatus, cum petitione, & proteſtatione, ut ad expeditionem cauſæ procedere debeat.* Ordinato-

ria

ria judicij ſunt; libellus, litis conteſtatio, citationes. Deciſoria verò ſunt Probationes. *Bal. in l. properandum, Cod. de judic. Formula* ſupplicationis pro dicta inſufflatione erit. S.R. M. Supplicat humilitèr M. V. fidelis N.N. dicens in cauſa, quam habet in veſtro S.C. cum M.M. ſuper deductis in actis, ob lapſum temporis à jure ſtatuti, inſtantia cauſæ prædictæ perempta reperitur. Idcirco ſup. M.V. mandare, quod Sacrum Cõſilium, inſufflato priùs vitæ ſpiritu, in cauſa prædicta procedat in terminis, in quibus cauſa reperitur, omni modo meliori. Regia decretatio erit v3. S. R. C. lapſu temporis non obſtante, inſufflato vitæ ſpiritu, procedat in terminis, in quibus cauſa reperitur, habita ratione expenſarum, quæ de jure habenda erit. *Adverte*, quod inſufflatio prædicta ſolùm conceditur à Præſide S. C. etiam in Regijs Audientijs, in Curijs Regijs, & Baronalibus hujus Regni, *ut practicatum pluriès Ego vidi.*

CAP. X.

De litis conteſtatione.

COnteſtatio litis eſt principalis negotij ad competentem judicem narratio. Duplex eſt, una expreſſa, alia tacita. Expreſſa; Eſt principalis negotij ad competentem judicem narratio, & ſequuta ad illam reſponſio, animo litigandi. Tacita fit per proceſſum ad ulteriora, *C. 2. de elect. l. 1. cod. de lit. conteſt.* ibi; lis enim tunc conteſtata videtur, cum judex per narrationem negotij cauſam audiri cœpit, &c. *Soccin. in rubr. de litis conteſtat.* Et cum perſona legitima lis conteſtari debet, *Soccin. l. c.* Et conteſtata cum pupillo non valet, *l. fin. Cod. qui legiti.* Effectus litis conteſtatæ ſunt, v3. quod procurator, tanquàm dominus litis, poteſt alium procuratorem loco ſui ſubſtituere. *Petra, tit.* 107. *nu.* 108. Quod principali noceat procuratoris dolum, *l. procurator, ff. de*

doli

doli exception. Quod mortuo principali, usquè ad sententiam proceditur cum procuratore in actis constituto, *Capic. latr. dec.* 82. *n.* 20. Et ità practicatum vidi. Quod Actori non liceat actionem mutare, cum jus reo quæsitum sit. *Affl. dec.* 60. *nu.* 2.

Additio) Lite contestata, si ambæ partes statim petant juramentum calumniæ, debet ad invicem præstari, *C. cum causa, de juram. calumn. Marant. in ejus prax. c.* 6. *tit. de juramento.* Adverte, quod nunquàm in Regijs Tribunalibus juramentum hoc practicatum vidi; vel quia recessit ab usu, vel quia nescitur hæc practica, tempore doctissimi Marantæ. Similiter, ut præcludatur via exceptionibus dilatorijs, quæ opponendæ sunt ante litis contestationem, aut *illicò* lite contestata, nam quæ statim fiunt censentur inesse. *C. inter Monasterium, de sent. & re judi.* Item, ut à causa desistere Actori minimè liceat, cum sit quæsitum jus reo. Et causa à casu dicta, nam ca-

ſu alitèr evenit in eventu litis, ideòquè dici ſolet: Habent ſua ſydera cauſæ. Dubius litis eventus. Vel à Chaos, propter confuſionem in procedendo in cauſa abſque ordine judiciario. Nam, ſicuti forma dat eſſe rei; ità ordo dat eſſe judicio, ut in hoc anno 1714. diximus in noſtra lectura; de cauſis, in Regijs Studijs, hor. 18. Spretis hyemis rigoribus. At quia in Regno lis conteſtatur per dationem termini. *Maſtrill. dec.* 101. *agamus hìc.*

CAP. XI.

De Termino in Cauſa.

ET tempus, quod à judice conceditur partibus, ad probandſi eorum incumbentia. Unus eſt terminus ordinarius, alius Summarius. Olim tempus ad probandum erat viginti dierum ſpatium, *l. 1. ff. ſi quid caut.* Hodiè eſt judici arbitrarium. Hinc, *formula* decreti termini eſt, vz. In biduo audiantur partes, vel infrà quatuor dies

audiantur partes. Terminus currere incipit, à die intimatæ electionis Examinatoris. *Sarn. in prax. v. à die intimatæ*. Conceditur parte instante, *rit.* 90. Termino in causa omisso, processus est nullus, quia terminus est de substantialibus judicii. *Rov. in pragm.* 11. *de cau. decid. Præceptor meus, in ejus aurea juris optic. num.* 851. Quando de mero juris articulo disputatur, terminus in causa non conceditur. Sed à Judice ordinatur, *quod procedatur ad decisionem articuli absque termino*: Quo decreto intimato, biduo elapso, fit monitio super expeditione causæ. Tandèm, decidditur articulus juris, *ut practicatum vidi in S. C.* in patrimonio Philippi Trentenaro, à Consiliario *D. Francisco Marciano, viro doctissimo, & integerrimo B. M.* posteà *meritissimo Regente*; in banca *Custoli*, pœnes Scribam *Favone*. Termino in causa dato, si aliquid objectum fuerit, tùnc terminus non currit; nec etiam currit, donec fiat depositio principa-

lis.

lis. *Petra, rit.* 69. & 70.

Additio) Terminus ſummuliſtarum eſt extremum cujuſcumque rei, intrà quod habetur omnia, extrà quod nihil. Mors dicitur terminus vitæ; meta noſtrarum viarum. Omnia ſolvit. *Fine d'ogni prigione oſcura*. Terminus in cauſa eſt communis actori, & reo. Actori, ad probandam ejus actionem. Reo, ad fundandam ejus exceptionem, *l.* 5. *ff. de judic. Petra, rit.* 70. Dicitur terminus ordinarius, quando Judex jubet; in biduo, vel infrà quatuor dies audiantur partes. Dicitur ſummarius, quando jubet; Capiatur ſummaria informatio, teſtes habeantur prò citatis, & recipiantur per, &c. Et conceditur terminus ſummarius, quando cauſa eſt ſummaria, undè.

CAP. XII.

De Cauſis Sumariis.

CAuſa ſummaria, cauſa brevis dicitur, *leg. fin. ff. de exerc. action.*

Cau-

Cauſæ ſummariæ ſunt cauſæ Poſſeſſorum. aùt Mercatorum. Similitèr, cauſæ ſalarii, affictus ruris, vel domus, & cauſæ modici momenti. *Auth. niſi brevior, C. de ſent. ex brev. reci.* Item, ſummariæ ſunt cauſæ, quando agitur de damno infecto, aùt de Tutoris, vel Curatoris datione, aùt de teſtibus; ad futuram rei memoriam examinandis, *l. qui habet, ff. de tutor. Bart. in l. ſi fidejuſſor, ff. mandati.* In M. C. Vicariæ cauſa infrà ſummam ducatorum 12. eſt ſummaria. In Curia Bajuli, cauſa carulenorum triginta ſimilitèr eſt ſummaria; & ità *in practica ſervatur.* Et prò Curia prædicta, obſerva *Pragm. ſub tit. de officio Bajuli.*

Additio) Dicitur cauſa brevis, nam verbum ſummarium idem ſonat, ac ſummatìm, ſeù brevitèr. Dicitur etiam aliquid ſummatim fieri, quando aliquid cognoſcitur ſine libello. *Bart. loc. cit.* Similitèr, quo ad probationes, conſtando ſcilicèt debitum ſummariè, per juramentū actoris, *l. theſaurus, ff. de exhibit.*

Conſt.

Conſt. Regni. Quæſtiones Jurisp. In cauſis Summarijs requiritur Rei citatio, quæ eſt ſolemnitas juris divini. *Vant. de nullit. ex defectu proceſ. nu.* 5. Citatio teſtium non exigitur, nam teſtes habentur pro citatis, ut dictum eſt, At ſi in notificatione decreti termini Summarij inſtatum fuerit, v3. N. inſtat deſcribi teſtes per nomina, & cognomina, aliàs de nullitate dicit, & proteſtatur, tunc ſunt ſubſcribendi teſtes, & iterum eſt notificandum decretum termini, cum ſubſcriptione teſtium, & interim ad actum aliquem non proceditur, ut pluriès in Regijs Tribunalibus practicavi.

Formula Cauſæ Summariæ in M.C. Vicariæ. *Nella G. C. della Vicaria compare Franceſco Percuoco, e dice; come deve conſeguire da N. N. doc. diece per cauſa di alcuni viſi venduteli, e conſegnateli per detta ſumma; E ricuſando pagarla, in danno, & intereſſe del comparente. Che però fà iſtanza aſtringerſi detto N. à pagarli detti doc.*

10.

10. *una con tutti danni, ſpeſe, & intereſſi, ſalvis, &c. Omni modo M. &c.* Die, &c. Per, &c. proviſum eſt, quod *capiatur Summaria informatio ſuper expoſitis in ſupradicta comparitione, teſtes habeantur prò citatis, & recipiantur per Scribam cauſæ, ad finem providendi, hoc ſuum, &c.* Invitti. De Vivo actuarius. In calce *decreti* ab actore dicitur. *Actor offert deponere.* Requiſitoria Scribæ erit. *Quoniam ſubſcriptus Scriba cauſæ, & examinator electus intendit procedere ad receptionem teſtium ad inſtantiam, &c. examinandorum, ideò moneantur partes, quatenùs prima die juridica, cum ſequentibus compareant coram eo, ad videndum juramenta teſtium, aliàs &c. Neap. die, &c.* Montanus ſcriba cauſæ, & examinator electus. *Replicatio* Procuratoris Rei erit. *Perſicus acceptat oblatam depoſitionem, inſtando audiri tempore receptionis teſtium, aliàs de nullitate proteſtatur.* Examinatis teſtibus ſuper Articulis *ab actore* præ-

ſen-

ſentandis, ſit *Facultas*, vz. *In cauſa, &c. Die, &c. Per, &c. fuit in præſenti cauſa facta facultas cum termino juris, ad acta percontandum, hoc ſuum, &c.* Invitti. De Vivo. *Biduo elapſo*, & actis *percontatis*, devenitur ad interpoſitionem decreti. *Die, &c. Per M.C. V. facto verbo, proviſum eſt, quod N.N. ſolvat in beneficium Franciſci Percuoco ducatos decem, pro cauſa, ut ex actis, hoc ſuum, &c.* Invitti. Moles. De Vivo actuarius. *Poſteà fiunt duo præcepta* pro ſolutione prædicta, & tandèm *expediuntur litteræ exequutoriales realitèr* contra dictum debitorem, vigorè quarum fit *exequutio in bonis* debitoris prædicti.

Cujus occaſione ſcias, quod judicium Aſſiſtẽtiæ, Devolutionis; ex cauſa cenſuũ non ſolutorum, Reivindicationis, Nullitatis, & Reſciſſionis contractuum, &c. Sunt cauſæ Ordinariæ, in quibus, *ut diximus*, Ordo juris ſervandus eſt.

CAP.

CAP. XIII.

De Electione Examinatoris.

Examinatoris electio eſt quidam actus, quo mediante, eligitur aliqua Perſona publica, ad teſtium depoſitionem recipiendam. Fit electio Examinatoris poſt biduũ, à die intimati termini. Liſta Examinatorum, aut locorum, vel Officialium ſuſpectorum eſt danda infrà dies duos, à die notificationis termini; & ideò Examinatoris electio fit poſt biduum, ut dictum eſt, *prag.* 4. §. 10. *de dilation.* In S.C. Examinator eligitur, prævia buſſula, In Regia Camera Summariæ, & in M. C. V. & in alijs Tribunalibus inferioribus hujus Regni eligitur à Comiſſario cauſæ, nam in dictis Tribunalibus non adſunt Examinatores, ſicuti in S. C. Ubi Officium Examinatorum eſt particulare; Et creantur à Catholica Majeſtate. Non poſſunt Officium exercere, ſine approbatione S.C. Præſtant cautionem

nem de fidelitèr exercendo. Numerus eſt quinquaginta. Scribere debent manu propria, per extenſum, & *integrè* depoſitiones teſtium, ſub pœna unciarum auri decem, & privationis Officij, *prag.* 34.55.64.67.& 75. *de Offic. S.C.* Examinatores, etiam in cauſis criminalibus ſcribere tenentur depoſitiones teſtium *integrè*, ſcilicèt, tàm prò, quàm contrà Fiſcum, *prag.*6.*de actuarijs.Broya, in pract. crimi.c.*1.*num.*28. Interrogare debent teſtes ſemotim, & in ſecreto, nè unus alium inſtruat. *Menoch. de arbitr.judicum, lib.*1.*q.*29. Circà examen teſtium Examinatori creditur. *Caſtrenſ. in leg. via, ff. ſi cert.petatur.* Si Examinatoris culpa, terminus decurſus fuerit, tunc judex Actori *reſtituet terminum* ad examinandum decurſum, & ſuo *arbitratu* Examinatorem punit, *prag. Et ſi per Examinatorem, de ordi. judic.* Quando in loco judicij teſtes examinantur, tunc ad Examinatorem prò quolibet teſte ſpectant *grana decem*. Sed ſi

teſtes

teſtes examinentur extrà judicij locum, & cauſa eſt infrà ſummam ducatorum mille, mora ad Examinatorem attinet, ſine acceſſu, & receſſu, *prag.9. eod.tit.prag.74.ſub tit.De Officialibus*. Ad Examinatorem unicus pertinet acceſſus, ſi eodem tempore accedat in partibus ad inſtantiam *Actoris,& Rei*, nam Duæ cauſæ lucrativæ ſimùl concurrere nequeunt. *Rov.in prag 63.de Offic.S.C.*

Examinator non valet alteri examen committere, etiam de partiũ conſenſu, cum ſit electa induſtria perſonæ. *Rov.in prag.9.de ord.jud.*

CAP. XIV.

De teſtium nominatione.

NOminatio teſtium eſt actus, quo mediante, quis nominat habere teſtes, extrà judicij locum, v. g. Vincentius Parlato *nominat habere teſtes in Civitate Tabernæ, pro quibus examinandis inſtat expediri litteras comiſſionales; dire-*

nem de fidelitèr exercendo. Numerus est quinquaginta. Scribere debent manu propria, per extensum, & *integrè* depositiones testium, sub pœna unciarum auri decem,& privationis Officij,*prag.* 34.55.64.67.& 75. *de Offic. S.C.* Examinatores,etiam in causis criminalibus scribere tenentur depositiones testium *integrè*,scilicèt, tàm prò, quàm contrà Fiscum, *prag.*6.*de actuarijs.Broya,in pract. crimi.c.*1.*num.*28. Interrogare debent testes semotim,& in secreto, nè unus alium instruat. *Menoch. de arbitr.judicum,lib.*1.*q.*29.Circà examen testium Examinatori creditur. *Castrens. in leg. via, ff. si cert.petatur.*Si Examinatoris culpa,terminus decursus fuerit, tunc judex Actori *restituet terminum* ad examinandum decursum, & suo *arbitratu* Examinatorem punit,*prag. Et si per Examinatorem, de ordi. judic.* Quando in loco judicij testes examinantur, tunc ad Examinatorem prò quolibet teste spectant *grana decem*. Sed si

testes

teſtes examinentur extrà judicij locum, & cauſa eſt infrà ſummam ducatorum mille, mora ad Examinatorem attinet, ſine acceſſu, & receſſu, *prag.9. eod.tit.prag.74.ſub tit.De Officialibus*. Ad Examinatorem unicus pertinet acceſſus, ſi eodem tempore accedat in partibus ad inſtantiam *Actoris, & Rei*, nam Duæ cauſæ lucrativæ ſimùl concurrere nequeunt. *Rov.in prag* 63.*de Offic.S.C.*

Examinator non valet alteri examen committere, etiam de partiũ conſenſu, cum ſit electa induſtria perſonæ. *Rov.in prag.9.de ord.jud.*

CAP. XIV.

De teſtium nominatione.

NOminatio teſtium eſt actus, quo mediante, quis nominat habere teſtes, extrà judicij locum, v. g. Vincentius Parlato *nominat habere teſtes in Civitate Tabernæ, pro quibus examinandis inſtat expediri litteras comiſſionales; di-*

re-

rectas Officialibus Curiæ Civitatis prædictæ insolidùm. Litteræ comissionales notificandæ sunt Procuratori partis adversæ, qui replicabit, vg. *Procurator, &c. protestatur contrà testes numero tot, & dicenda per eos, instando non recipi affines, consanguineos, aliosquè de jure prohibitos, reservando sibi repulsam, & repulsam repulsæ, & tempore receptionis testium instat notificari ejus principalem*, vel N.N. *ad videndum juramenta testium examinandorum*. Et in hoc casu substitutus citandus est, aliàs examen erit nullum. Sunt concedendæ ex justa causa; & semèl cõcessæ ampliùs non conceduntur, *Mantic. dec. 6. nu. 5*. In dictis litteris commissionalibus apponitur clausula; quod *servetur Regia Pragmatica super refrenatione numeri testium examinandorum*, sub pœna privationis Officij actorum magistris, *pragm. 48. de Offic. S.C.* Non conceduntur in causis feudalibus. Nec in S. C. ob interesse Examinatorum, alitèr prævia eo-

rundem renũciatione, aùt in cauſis modicæ ſummæ, verùm etiam in cauſis Neapolitanorum. *Conſt. Regni. In pecuniarijs, prag.74.eod. cit.tit.*

Nominatio teſtium fit infrà quinque dies, poſt termini dationem, *prag.*4.§.9. *de dilation. prag.*62. *de Off. S. C.* Terminus dictæ nominationis in *Regno* eſt viginti dierum; pro primis viginti miliaribus,& pro quacumque dieta(quæ eſt ſpatium viginti miliarium) eſt quinque dierum, *prag.* 7. *de ordi. judic.*Si nominatio eſſet in *Regni confinibus*,tunc nominationis terminus excedere non debet tres menſes, *prag.*77.*de Off.S.C.* Si verò eſſet *extrà Regnum*, tunc terminus nominationis eſt judici arbitrarius, dummodò non excedat ſex menſes, *prag.*7. *de ordi. judic.* At ſi Nominatio eſſet *ultrà maria*, excedere non debet menſes novem;qui reintegrantur propter legitimum impedimentum. *Afflic. dec.* 50. Præceptor meus *ſemper benemerit.lib.*4.*inſt.civ. nu.* 1780.

Te-

Teſtium nominatio; per Procuratorem in actis conſtitutum, fieri debet, ſub pœna unciarũ auri quinque actorum Magiſtris. Et nominatione non utens punitur in ducatis duodecim, *prag.* 57 .*de Offic. S.C prag.*7.*cit.tit.*& *prag.*1. & 3. *de dilation.* Evitatur pœna prædicta, ſi Nominationi apud acta eodem, vel ſequenti die (in ſcriptis) renuncietur , *prag.* 59. *cit. tit. de Offic.S.C.*

Nominatio *extrà Regnum* fit; Cum expreſſione Loci, Nominis, Cognominis, & Numeri teſtium, ac cum depoſito ducatorum quindecim , pro quolibet dilationis menſe , prò pœna Nominatione non utentis , etiam ſi Procurator nominatione uti vellet, tanquàm in confinibus Regni; & id ad calumnias vitandas,*prag.*3.& 4.§.9. *ſub d.tit.de dilation.* Tandèm,pendente Nominationis termino,non proceditur in cauſa;qui terminus currit, à die notificationis decreti Audientiæ teſtium, per *text. in leg.*3.*Cod.de dilation.* Et ità *in praxi* ſervatur.

Ad-

Adde) Nominatio teſtium facienda eſt ſine aliqua conditione. *Petra, rit.M.C.*140.*nu.*5. Nec etiam ſub conditione ; Si , & in quantum ei indigebit, *prag.*5. §.9. *de dilation. & prag.*62.*de Offic.S.C.*

CAP. XV.

De Probationibus.

PRobatio eſt oſtenſio alicujus rei in judicio. Alia plena;& eſt illa cui nihil deficit. Ut in probatione per duos teſtes; omni exceptione majores. Alia ſemiplena;& eſt illa cui aliquid deficit , ut in probatione per unum teſtem , licèt omni exceptione majorem. *Maſcard.de probat.lib.*1.*q.*4.*n.*12. & 17. Alia evidens;& eſt illa,quæ nullum admittit dubium . Alia præſumpta;Et eſt illa,quæ ex medio probabili aliquid infertur, ut in probatione per juris præſumtionem. *Per teſtes fit Probatio.* Et teſtes ſunt rerum geſtarum probatores . Depoſitiones teſtium

sunt ipsorum attestationes. Testes citari debent in termino, aliàs non probant, etiam si fuerint mille, nam hæc citatio est de substantia formæ judiciariæ. Et coguntur ad deponendum, virtute Citationis testium. Pars ex adverso etiam est citanda ad videndum juramenta testium, in, vel post terminum. *Petra, rit.* 105. Deponere debent assignata causa scientiæ. Debent esse contestes. Prò forma jurare tenentur de veritate dicenda, secùs si per partem juramentum remittatur. *C. tuis, de testi. l.* 3. *Cod. de testibus. Afflict. dec.* 240. Clericus tacto pectore; Laicus tactis scripturis, loco Libri Evangeliorum, jurat. *C. fin. de jure jur.* Testes singulares nõ probant. *Prat. resp.* 29. Nec etiam probant testes supe negativa vaga deponentes, alitèr super negativa coartata, de locor tempore, &c. *Gram. dec.* 56. Testes immiscentes veritati aliquid falsitatis minimè probant, nam utile per inutile vitiatur, *C. pœna*, 3. *q.* 9. Allegantes alium in contestem, &

Con-

Conteſtis allegatus interfuiſſe neget, non probant. *Alex. conſ.* 90. Nec probant teſtes examinati in judicio Summario, ſi poſteà in judicio ordinario non reproducantur. *Seraſin. dec.* 270. Poſt concluſum in cauſa, non admittuntur teſtes, propter ſubornationis ſuſpicionem, alitèr in teſtibus legaliſſimis, *prag.* 14. *de ordin.*

Additio) Probatio dubia eſt illa, quæ infertur ex medio dubió ad aliud medium æquè dubium. *C. forus, de ver. ſigni. C. licet, de teſtibus, l.* 12 *ff. de teſtib. Maſcard. de probat. lib.* 1. *q.* 4. Probatio per evidentiam facti dicitur omnium probationum potiſſima probatio; & definitur: Eſt indubitata probatio, nulla indigens diſcuſſione, Et eſt, quando judici delictum conſtat per viſionem. *C. evidentia, extrà, de accuſation. Bald. in l. contrà, Cod. ad l. aqu. Maſcard. l. c. q.* 8. Teſtis ſingularis de viſu, cum fama, aliisquè adminiculis, ſufficientem facit probationem, in factis antiquis, & in delictis occultè patratis, *l.* 2. *ff. de*

excu. Abb. in C. præteredà, de teſt. Bart. in l. 1. *ff. de quæſt.* Teſtes in criminalibus eſſe debent omni exceptione majores, *l. optimam*, 14. *Cod. de contraben. & com. ſtipulat.* ibi: *liquidis, & manifeſtiſſimis probationibus. Bal. in l. cunctos populos, Cod. de ſum. Trinit. & Fid. Catho. col.* 6. Hinc ; impuberes non ſunt idonei teſtes ad probationem plenam , quià non ſunt omni exceptione majores. *Inno. in l. fin. C. de his, qui, &c.*

Præſumptio eſt indicium (quandoquè) movens ad aliquid ſuſpicandum . Alia probabilis ; & eſt illa, quæ inducitur ex indicijs veriſimilibus. Alia violenta; & eſt illa, quæ inducitur ex indicijs certis. Alia neceſſaria; & eſt illa, quæ inducitur ex indicijs indubitatis. Præſumptio probabilis dicitur ab Homine; Et ſemiplenam facit probationem. *Menoch.* 1. *de præſumpt. q.* 5. Præſumptio violenta dicitur à jure . Lex enim præſumit rem ità eſſe, vel non eſſe. Undè; Semèl malus, ſemper malus in eodem genere

nere mali, præsumitur à jure. *C. semèl, de reg. jur. in 6. Bal. in l. fin. ff. de hære. instituen.* Excipe; si per triennium proximum (continuò) conversatus fuerit cum hominibus integrę Famæ, ait De nigris, in *C. Regni, incip. Si justè, nu. 78.* Ego tamen (tempus) remitto arbitrio docti, & prudentis Viri, per dictionem illam; *Semper.* Præsumptio transfundit onus probandi parti adversæ. *C. ex insinuatione, de probat.* Non facit indicium ad torturam, nam ad faciendum tale indicium plùs quàm semiplenam requiritur probationem, *arg. text. in l. 19. Cod. de rei vindic.* ibi; indicia certa, quæ in jure nõ respuuntur, non minoris probationis, quàm instrumenta continent fidem.

Præsumptio necessaria dicitur juris, & de jure; Et regularitèr non admittit probationem in contrarium, quia ex indicijs indubitatis inducitur. *C. qui contrà, de reg. jur. in 6. l. 31. ff. de usucap. Roman. cons.* 38. *Capyc. dec.* 126. In facto pro-

pro. prio oi

prio errare, quis non præsumitur. *Boer. cons.* 41. *nu.* 3. *Qui cons.* 4. *nu.* 44. inquit, quod Fama à doli præsumptione excusat. In incertis, non verò in certis est locus præsumptioni, *C. afferte, de præsumpt. argu. text. in l. continuus, ff. de ver. oblig. Sanfelic. dec.* 60. *to.* 2. *n.* 150. Differt præsumptio à fictione juris, quia fictio non est probatio, præsumptio est probatio. Præsumptio cedit veritati, fictio non cedit veritati. *Gigante, de pensionibus, q.* 81. *Sebastian. de Neapoli, in cit. C. Regni. Si justè, n.* 7.

Ex dictis infertur I. si quis visus fuerit exire à domo, ubi furtum commissum reperiretur; & quod sub pallio aliquid tulebat, contrà Talem (si malæ essèt famæ) habetur præsumptio de furto; *De Nigris, in d. C. Regni; Si justè, nu.* 64. II. vicinus præsens scire præsumitur facta vicini, præsertim; Si factum esset notum in remoto loco, *C. quanto. C. quosdam, de præsumpt. l. si ità, ff. de fide instrum. l.* 3. *ff. de testibus.* III. Familiares

do-

domus ſcire præſumuntur, quæ in domo fiunt. Limita, in Familiaribus abſentibus, *l.* 1. §. *hoc autem, ff. ad Syllan. l. fin. Cod. de Sicarijs. Bal. in l. in adulterij quæſtione, Cod. de adulterijs.* IV. Extraneus vir ſtans ſolus, cum ſola muliere, præſumitur coitum exercuiſſe; Limita, in Sene. *C. cum juventute, de præſumpt.* V. qui ex duobus illatis, alterum neget, præſumitur reliquum affirmare. *C. Nonnè, de præſumpt.* VI. ex præteritis præſumitur de futuris. *C. mandata, de præſumpt.* VII. Homo ſemper præſumitur Sanæ mentis, Nam natura, cum ſit perfectiſſima, aborret ab inſania, *l. fin. Cod. de hæred. inſt.* VIII. per ſigna exteriora, quis præſumitur bonus ſit futurus. *C. ex ſtudijs, de præſumpt.* IX. Nemo præſumitur malus, ſed bonus. *C. unico, de ſcutrinio.* X. dãnum datum in agro, potiiis datum præſumitur à vicinis, quàm à longinquis, *l. meritò, ff. prò ſocio.* XI. judex ex præſumptionibus ad condemnationem pœnæ ordina-

riæ procedere nequit, cum agatur de toto asse. *C.* 20. *de præsumpt.* XII. Homo mortuus repertus juxtà domum Titij, præsumitur à Titio occisus, si Titius solitus sit homicidia patrare, *glo. in l. in civilem, Cod. de furtis. Bart. in l. fin. ff. de via publi.* XIII. Posterior præsumptio tollit priorem præsumptionem *l. divus, ff. de in integr. restitut.* XIV. Pares præsumptiones (ad invicem) se confundunt, *l. non solum, ff. de ritu nupt.* XV. illa præsumptio censetur potior, quæ proximior reperitur, *l. filium. ff. de his, qui sunt.* XVI. Plures suspiciones unam inducunt præsumptionem, *glo. in l.* 2. *§. ætas, ff. de excu. tuto. Bal. in auth. si quis Cod. de adulter.* Fama publica in probationibus plurimùm valet, nam inducit justam credulitatis causam, *Boer. conf.* 4. *& conf.* 12. In testimonium admissis hominibus vilis conditionis, tunc non adhibetur tanta fides, quanta alijs non vilis conditionis, *l.* 3. *ff. de testi.* Tandem, qualisquisque dele-

catur consortio talium, nam omne simile appetit sibi simile, ait Philosophorum Princeps.

Repelluntur ad testificandum.

Falsarij, *l. qui falsum, ff. de testibus. Periuri. C. quicumque* 6. *q.* 1. *Concubinarij. Gram. cons.* 30. *nu.* 5. *Lenones, l. humiles, Cod. de incest. nup. Lusores publici. Afflict. in Const. Mores.* Debitores. *Viv. dec.* 389. Inimici, *l. testem, ff. de testib.* Consanguinei, Affines, Domestici, Minores, *l.* 19. *ff. eod. Franc. dec.* 22. Testes falsum deponentes, falsi pœna puniuntur, *Const. Regni. Qui falsum, prag.* 3. *&* 4. *de falsis.* Attamen proponens per calumniam contrà testes quærelam de falso, punitur pœna ducatorum sex, & alia pœna arbitraria, *prag.* 34. *de Offi. S. C.* Testes citati in termino (examine non viso) examinari possunt post terminum, præcedente judicis decreto, cum clausula, quod de testium depositionibus habeatur ea ratio, quæ

de jure habenda erit in decisione Causæ. *Muscatell. in pract. civ. lib.* 1. *p.* 5. *glo. citati, nu.* 4. Possunt testes examinari in die feriata, si juraverunt in die juridica, *l. omnes, Cod. de ferijs.* Magistratus deponunt cum licentia Proregis, ut practicatum vidi, & habetur in *prag.* 63. *de Offi. S.C.* Clericus testificat cum licentia sui Ordinarij. *Petra, rit.* 143. & 148. Testiũ depositiones si possunt concordari, concordandæ sunt, nè periuri dicantur. *Rota, dec.* 321. *num.* 4. *p.* 4. *recent.* In modicis causis, unus testis (omni exceptione major) cum juramẽto suppletorio Actoris, plenè probat. *Petra, rit.* 115. *nu.* 7. Et ità in dies practicatur, & practicavi in Curia Illust. Bayuli hujus Civitatis, ubi, anno Domini 1689. Consultor Ego fui. Unus testis contrà producentem plenè probat. *Sanfelic. dec.* 163. Probationes actoris priùs recipiuntur. *Specul. de probat.* §. 1. *ver.* 11.

CAP.

CAP. XVI.

Depositio principalis.

ETt quidam actus, quo mediante, actor de facto informatus, cũ juramento, respondet positionibus Rei, *Rit. M.C.* 79. Actor, *tribus citatus vicibus*, nõ respondens pro confesso (ipso jure) habetur, *prag.* 8. §. *decernentes, de ordi. judici.* Principalis depositio, his verbis, in calce termini offertur. *Actor offert deponere*. Facienda est per verbum *Credo*, *vel non Credo*, à Principali, vel à Procuratore, cum speciali mandato, parte tamen consentiente, sed absque præsentia Advocati, *cit. prag.* Responsionum copia notificanda est (infrà biduum continuum) à responsionis die, ut cognoscatur, in quibus reus fuerit ab onere probandi relevatus, *ead. prag.* 8. *Et in dies practicatur.* Veritatem negans in depositione, punitur pœna à S.C. declaranda, aliter si illam *intra*

triduum fateatur, *cit. prag.* Depositio principalis scribenda est, propria Examinatoris manu, sub pœna unciarum auri decem, & privationis Officij, *prag.* 55. *de Offic. S.C.* Peti potest usquè *ad conclusionem* in causa, si depositio, *ut dictum est*, in calce termini ab actore oblata, à Reo acceptata fuit, & ità obtinui à quondàm *Doctissimo Regio Consiliario D. Vincentio Raetano*, posteà *meritissimo Regente*. Ratio. *Finis depositionis est, ut reus relevetur ab onere probandi.* Sed *usquè ad conclusionem reus ab onere probandi relevatur*; Ergò *depositio prædicta petit valet usquè ad conclusionem.* Non verò post conclusionem, nam, *ut infrà dicemus*, Conclusio claudit os parti, ut inquit *perdoctus practicus Ricca, in ejus prax. civ. nu.* 90.

Adde) Ab ultimo præcepto judicis, quod actor deponat super positionibus Rei, aliàs habeatur prò facta, prò ut deteriùs, denegatur appellatio, nam esset appellatio ma-

ni-

nifeſtè calumnioſa;Obſerva *prag. incip. Quinta die.* Notificato decreto termini, ſine oblatione depoſitionis prædictæ, ſi ea à reo petatur his verbis: Inſtat pro depoſitione principalis, tunc neceſſe eſt,ut ab actore iterùm dictum decretum notificetur cum prædicta oblatione ipſius depoſitionis, & interim ad actum aliquem non proceditur in cauſa. *glo. in Clement. ſæpè,de verb.ſigni. cit.prag.* 8. *de ordi. judic.* Depoſitio actoris peti valet à Cedente, & à Ceſſionario. *Novar.in cit.pragm.* Diximus ſuprà, quod depoſitio fieri poteſt per Procuratorem cũ mandato ſpeciali(parte tamen conſentiente) Nam fieri nequit mandatum ſpeciale, niſi viſis priùs Poſitionibus Rei, quæ Poſitiones obſervari nequeunt parte contradicente, ad evitandum evitanda, *glo. in C. poſitionibus, de jure jur.* Et ità in S. C. practicatum vidi. Depoſitio prædicta fieri valet cũ præſentia Advocati,quando actor eſt perſona idiota; nè propter illius

lius simplicitatem deciperetur. *C. Pastoralis, de judic. cit. prag. Quinta die.* Depositione petita ab Universitate, tunc deponunt Syndicus, & Electi ejusdem. *Rovit. in d. prag.* Respondens Positionibus potest (incontinenti) ejus confessionem revocare, etiam non docto de errore, nam; quæ statim fiunt censentur metu, *Gabriel, de confessis, concl. 6. Tusc. lit. P concl.* 391 Tutor deponere tenetur, nomine impuberis; & Curator, nomine minoris, *l. 2. ff. de calumn. Rov. in d. prag. Quinta die.*

Qui semèl deposuit, non tenetur iterùm deponere, nisi adsit in positionibus clausula; Cum potestate addendi, &c. Actor respondere non tenetur Positionibus juris continentibus articulum, ut colligitur ex definitione depositionis. *Galeota, in Margarita, c.* 18. *num.* 7. Cujus Authoris, ejusquè Successoris *quanta sit doctrina, & integritas*, per totum currit Orbẽ.

CAP.

CAP. XVII.

ARTICULI.

SUnt partium intentiones, circà quod probare intendũt. A' Reo producuntur, quando Actor, per verba *non credo*, deponit. Desumuntur articuli à primo libello. Esse non debent cum verborum involucro, *prag.* 30. *de Offi. S.C.* Nequeunt esse contrarij articulis partis ex adverso; Nec impertinentes, scilicèt ad causam minimè facientes, *prag.* 12. *de ordi. judic. Capyc. dec.* 62. Rejectionis articulorum impertinentium exceptione opposita, tunc decernit judex, quod recipiantur articuli; *Salvo jure non admittendorum, ex nunc prò tunc facta publicatione in causa. Capyc. dec.* 28. *nu.* 9. Per quemlibet impertinentem articulum punitur *principalis* quinque tarenorum pœna. *Procurator* verò decem tarenorum pœna, *prag.* 30. *de Offi. S.C.* Articuli esse debent breves,

ves, clari, verisimiles, factumquè continentes, *Rota, dec.* 177. *p.* 6. *recent.* Ad cautelam, cauti Advocati ponunt in articulis salutares clausulas; *Non se adstringens, &c. Cum potestate, &c. Omni meliori modo, &c.* In Tribunalibus hujus Civitatis, ad evitandam testium subornationem, non datur copia articulorum, ante examen, *prag.* incipit. *Quinta die.* Articuli Articulanti non restituuntur, sub pœna unciarum auri viginti quinque actorum Magistris, *prag.* 5. *de Off. S. C.* Articulans, omissa clausula, *cum potestate, &c.* probare nequit, quod in articulis minimè deduxit, *Bart. in l. Divus, ff. de re judicata.*

Adde) Articulus dictus, quia articulans articulatè, scilicèt distinctè, per capita loqui debet. Si deponens fateatur in positionibus, tũc Rei probatio non requiritur, cum actor confessus sit, & nulla major probatio, quam oris proprij confessio, *l.* 1. *ff. de confessis.* Articuli nequeunt esse impossibiles, *Rota, l. cit.*

CAP.

CAP. XVIII.

Compromiſſum.

ET remiſſio differentiæ utriusque partis in alterius arbitrium. Unum neceſſarium, Et eſt neceſſaria differentiæ remiſſio. Aliud voluntarium; Et eſt voluntaria differentiæ remiſſio. *Bal. in l. fin. Cod. de judic.* Compromiſſum neceſſarium in Regno accidit inter Conſanguineos, vel Affines legitimos, uſquè ad quartum gradum incluſivè, ſecundùm *jus civile* numerandum, *prag. Odia litium; de arbitris*, ibi; *Odia, quæ inter Coniunctos ex litibus occurrunt ceſſare volentes, præſenti noſtra Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus Compromiſſum fieri debere, &c.*

Compromiſſum non petitur *ultrà duas vices*, ad infinitatem vitandam, pluriès *deciſum* per S. C. refert *Conſ. Afflict. dec.* 46. Contrà *Jaſonem, in leg. ſi quis ex argentarijs., ff. de edendo*; Suſtinentem;

Com-

Compromiſſum milliès peti poſſe. Aliquandò *Homerus dormitavit etiam*. Nam Juriſtæ ſunt imitatores veræ philoſophiæ, & apud Philoſophos, proceſſus in infinitum vitandus eſt; præter quam quod *Jaſonis Opinio eſt contrà text. in l. properandum, Cod. de judicijs*, in quo *apertè* diſponitur, quod *expedit reip. lites citiùs finiri*. Citò terminarentur lites, ſi milliès compromiſſum peti poſſet? Quandoque etiã dormitavit Homerus. *Sed parcite tanto Viro*, nam ſcire omnia Divinitatis potiùs eſt, quàm humanitatis. Judicia tua Domine ſempèr recta, ſemperquè juſta ſunt; nè Homines propter Sapientiam Superbi fierent. *Superbia* prima transgreſſio in Cœlo. Prima transgreſſio in Terra. In Cœlo, ſimilis ero Altiſſimo *Lucifer dixit*. In Terra, ſcientes bonum, & malum *Serpens dixit*. O' Superbia, *vitiorum ſedes, primum Capitale peccatum, Noſtræ mortalitatis cauſa*. Per te Lucifer, *Angelus lucis, Princeps Ange-*

lo-

lorum converſus fuit in *tenebrarum Demone*, *in Diabulorũ Principe*. Et Adam *ab immortali*, *in mortale*, à Sapiente *in ignaro*, à Felice *in infelice*; Undè meritò *Deus*, *judex juſtus* eum damnavit *ad pane veſcendum cum ſudore ſuo*,& illum *damnando*, *Nos quoquè damnavit*, nam *peccavimus in Adam*. O' Superbia, maledicta Superbia, *cauſa tanti mali*. Per te. *Antigo à Junone commutata fuit in Ciconea*. Et *Aracnis in Aranea*. *Ovid.* 6. *Metham.* Hinc, *Marinus noſter* inquit. *Chi ſorta in alto gl'infimi diſprezza*) *Confeſſa altrui l'antica ſua baſſezza*. Et *Guarinus*, *actu* 5. *ſcen.* 5. ità exclamavit. O' *Superbo coſtume*) *De le grand' alme*, *ò pertinace ingegno*! *Che vinto anco non cede*. O' Superbia, maledicta Superbia! *cum ſis noſtra inimica*; *longè*, *longè à Nobis*. Sit Humilitas *chara*, *& jucunda amica noſtra*, dum qui *ſe humiliat exaltabitur*. Hæc ſit noſtra *Cupiditas*, hæc ſit noſtra *Superbia*. Qui *ſe exaltat humiliabi-*

tur

tur dixit Dominus ; *Humilitatis exemplum,& exemplar.* Superbiæ *punitor,& caſtigator.* Denegatur compromiſſum neceſſarium in cauſa alimentorum , nam Venter non patitur compromiſſi dilationem. *Staiban. to.2. centu.2. reſol.* 124.*nu.*12. Vel quando Conjunctus non Conjuncto ſuam ceſſit actionem, quia mutata tunc qualitas eſt, *Imo. in l. ſi poſt, ff. ſolut. matrim.* Similitèr, in privilegiata cauſa tutelæ, *Bart.in l.Prætor, ff. de tuto. & curat.* Aùt in Cauſa feudali, vel Vitæ militiæ. *Afflict. dec.*49.ubi Conſ.*Urſill.nu.*2. Nec conceditur in mero juris articulo. *Bal.in l.cum proponas, Cod.de reb. cre.* Vel in inſtrumentis liquidis, & in obligationibus pænes acta Curiæ,aùt in apoca bancali, & in Sententijs, *cit. prag. Odia litium,* ibi ; *Locum non habeat compromiſſum , ubi eſſent inſtrumenta, obligationes liquidæ, ſentẽtiæ,&c.* Et ità *deciſum per S.C.*ſub die 21. Octobris 1690. Me patrocinante. Compromiſſum neceſſarium peti

de-

debet *ante* litem conteſtatam, vel *immediatè poſt*, nam ineſſe cenſentur, quæ ſtatim fiunt. *Urſill. ad Afflict. dec.* 185. Eſt Compromiſſum ab Arbitris acceptandum; & illud acceptatum, poſſunt partes cogi facere Arbitros cauſam terminare, *prag.* 1. *de arbitris.* Arbiter, alius juris, alius non juris. Datur etiam Arbitrator, & Amicabilis compoſitor. Electio Arbitri juris ad Procuratorem litis pertinet, etiam *deciſum per S.C.* in anno 1694. Me patrocinante. Tertio Arbitro electo, novum dicitur Compromiſſum. *Afflict. dec.* 148. Arbiter tenetur juris ordinem ſervare. Et in compilatione proceſſus relinquit actum ad publicandum, & ad concludendum. Quando propter temporis lapſum compromiſſum eſt extinctum, tunc Cauſa redit in illo Tribunali, ubi introducta erat; à quo proceditur *in illis* terminis, in quibus reperitur cauſa, *deciſum per S. C.* ſub die 3. Martij 1691. Me patrocinante, in cauſa magnifici

fici D. Fulvij Pagano, *in Banca de Palermo*. Si discordes in Laudo Arbitri essent, tunc eligitur tertius arbiter non suspectus, *vocatis partibus*, quæ in promptu debent suspectos nominare, secùs Arbiter jam electus eligit tertiũ Arbitrum; & id, ut lites celeriùs terminentur. Qui tertius Arbiter electus infrà unum mensem, unà cum dictis Arbitris, vel altero ex eis causam expedire debet, sub pœna dupli Salarij, per quemlibet Arbitrum, *cit. pragm.* 1. *de arbitris.*

Ex Compromisso nascitur Laudum, quod si feratur per horam post Compromissi diem nõ valet, quia tempus compromissi (quod est mensium duorum spatium) currit de momento ad momentum, *cit. prag. Odia litium.* Pro Laudo Arbitris debetur quinta pars trigesimæ, dividenda inter illos, qui concordes in laudo fuerint: Et per solutionem prædictam, tacitè, à partibus acceptatur laudum, *cit. prag.* 1. *sub tit. De Arbitris.* Et ità *deci-*

sum

ſum vidi per S. C. junctis duabus Aulis.

Additio) Laudum prolatum per duos ex tribus arbitris electis, *abſquè interventu tertij Arbitri* interpellati, ſeù vocati eſt validum, tam in
* compromiſſo neceſſario, quàm in voluntario, ut ſemper lites *citiùs* finiantur, quod *Magnoperè* Neapolitano Regno expedit, ubi lites à Clientibus æternari ſolebant; Præſertim, ſi tempus dictorum duorum menſium *à Regia Pragmatica* ſtatutum, eſſet proximè terminaturum, nam tunc præſumitur fraus, cavillatio, atquè dilatio. Et *Pragm. prædicta* pro bono publico intendit litium quamprimùm determinationem, ex quibus Odia occurrunt, idcircò præcepit Arbitris cauſam definire duorum menſium ſpatio; Et nunquàm voluit novam dilationibus aperire januam. Enim verò quis negare poterit, quod ex litibus *Odia non naſcantur, ſcandala non oriantur, & quod lites non ferant magna incommoda, atquè detrimenta, cit.*

prag.

pragm. Odia litium. Laudum ex compromiſſo neceſſario prolatum ab Officiali electo cum licentia Superioris Officialis, non habet paratam exequutionem, adeoquè peti poteſt à Reo reductio laudi, arbitrio boni Viri, ſecùs dicas in laudo, ex compromiſſo voluntario prolato, nam in hoc caſu cenſetur renunciatum appellationi. *Rovit. in cit. prag.* 1. *De arbitris.*

Reus non nominans Dominum in authorem, ſuccumbens in judicio, venditori non præjudicat, *Soccin. conſ.* 18. *vol.* 1. Pendente termino conceſſo ad denunciandum authori, non proceditur in cauſa, *prag. Dubitationem*. Valet pactum, quod venditor non teneatur de evictione, *l. emptorem, §. qui autèm, Cod. de pericu. & como. rei ven.* ut diximus, *in add. pract. Procuratorum, num.* 365. *pag.* 149. *Undè.*

CAP.

CAP. XVIII.

De Authore laudato.

LAudare in authorem eſt aliquẽ in judicio vocare, ad finem agẽdi contrà promittentem evictionem. Et Author dicitur ille, à quo cauſam quis habet, *l. emptor, C. de evict.* Laudandus eſt Author per libelli notificationem; ante litem conteſtatam; & etiam poſt, ſi de notorio Evincentis jure conſtet, *l. non ſolum, ff. de nov. oper. nunc. Prag. 2. de dilation.* Emptori minimè competit evictio, quando jure congrui rem amittit. Nam ſcire debebat, quod vicinus evincere poterat, *Afflict. de jur. prothom. §. 2. nu. 37.* In contractu emptionis ex natura ſua venit, quod venditor teneatur de evictione, *l. in venditione, ff. de contrahen. empt.* Hæreditatis venditor de evictione non tenetur. *C. quod ſemèl, de regu. jur. in 6. leg. 12. Cod. de contrah. empt.* Author laudatus, licèt Clericus,

utrùm comparere teneatur in foro laudantis in authorem? Et è contrà, ſi Laicus in authorem laudatus ſit in foro Eccleſiaſtico à Clerico, pro evictione; convento coram judice Eccleſiaſtico? Et quid ſi conventus eſſet Fiſcus? Vide *Afflict. dec. 2. Ricca, in prax. civ. nu. 133.*

Additio) Formula libelli erit. *S. R. M. Sup. hum. M. V. Nicolaus de Natale dicens, qualiter in anno 1700. ſub die 3. menſis Januarij emiſſe à Franciſco Paſchu quodam rus, ſitum, & poſitum in Civitate Capuæ, juxtà, &c. prò convento pretio ducatorum termille, qui venditor promiſit, & ſe obligavit de evictione, ut ex inſtrumento, quod in promptu producitur; Et quia Joſeph de Stephano, ad præſens petijt in Veſtro S. C. aſſiſtentiam ſibi præſtari ſuper rure prædicto, Et licèt dicto Joſepho nullum jus, nullamquè actionem competat ſuper dicto rure; Attamèn ſupplicãs cautiùs agendo, laudat in authorem & principalem defenſorem dictum.*

Fran-

Franciſcum venditorem, ut in caſu quo prædictus Joſeph obtineret, quod non credit, aſſiſtentiam per ipſum petitam; eo caſu ſimultaneo proceſſu, unicaquè ſententia condemnari dictum venditorem ad reſtitutionem pretij ruris prædicti, per ſupplicantem ſoluti, unà cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, paſſis, & patiendis. Idcircò recurrit ad M. V. cui ſupplicat cauſam prædictam committere, &c. Omni modo meliori, &c.

Committitur cauſa. Expeditur contrà ſupplicata, quæ notificatur perſonalitèr venditori, ut dictum eſt. Datur poſteà terminus in cauſa, qui compilatur, ad hoc ut ſimultaneo proceſſu decidatur, tàm cauſa Aſſiſtentiæ, quàm cauſa laudationis in authorem, ut ſuprà.

Author laudatus non tenetur ſubminiſtrare expenſas, pendente judicio; niſi alitèr in inſtrumento venditionis fuerit conventum, *l. venditores, ff. de ver. obli.* Emptor denunciare poteſt litem authori ſui authoris, ſi actiones ſibi ceſſæ

fuerint, & constitutus fuerit in venditionis instrumento, procurator in rem propriam, *l. si res, ff. de evict. Bal. in l. 1. Cod. de jur. dot.*

CAP. XIX.

Mutua petitio.

ET Rei reconventio; & intentatur cum libello reconventionali, *C. 1. de mutuis petition.* Locum non obtinet in causa depositi, nec in interdicto; Undè vi, *l. fin. Cod. depo. C. ultimo, de origi. cognit.* Nec in causis exequutivis, aùt in causa appellationis. *Mastrill. dec. 136. Carav. rit. 62.* Procedit reconventio coram judice ordinario, & delegato, ac etiam coram arbitro juris, *cit. C. 1. Abb. in C. cum dilecti, de arbitr.* Procedit etiam in causis Summarijs. Similitèr, in causis civilibus ad causas civiles; & in causis criminalibus ad causas criminales, verùm etiam in causis civilibus ad causas criminales, *l. neganda, Cod. qui accu. poss. Constit.*

Re-

Regni, incip. Exordientes. Rit. M. C. 193. Eſt petenda ante, vel incontinenti poſt litem conteſtatam, nam cenſentur (ut dictum eſt) ineſſe, quæ ſtatim fiunt. *Marant. in prax. civ. p.* 4. *tit. an ſit judicium. v. redeo*. In reconventionis judicio proceditur *ſimùl* cum judicio conventionis, ſcilicèt pari paſſu, ſimultaneo proceſſu, & unica ſententia: Et Judex conventionis cognoſcit etiam cauſam reconventionis. *C.* 2. *de ori. cogni. Maranta, loc. c. n.* 7.

Additio) In judicio conventionis, & reconventionis in M. C. fit comparitio ab Actore, *inſtando condemnari*, e. g. *Marcum Piſanum ad ſolvendum in ejus beneficium ducatos quatuor mille, unà cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe*. E' contra à Reo fit alia comparitio, *inſtando abſolvi ab infrà petitis per, &c. & per viam reconventionis, ac mutuæ, & principalis petitionis, ſimultaneo proceſſu, & unico diffinitivo decreto condemnari, &c. ad ſolvendum in ejus be-*

neficium ducatos , &c. unà cum, &c. Citatis partibus,datur terminus , tàm in cauſa conventionis, quàm in cauſa reconventionis. Compilato termino , ſi reconventio non militet,tunc *reus condemnatur ad ſolvendum quantitates petitas in actoris beneficium ; & abſolvitur actor ab impetitis per reum* . Si tamen reconventio non militet , *è converſo fit decretum.* Poſteà, præcedente actoris inſtantia, conceditùr terminus ſuper liquidatione intereſſe , ut *in praxi ſervatur.*

CAP. XX.

Reſtitutio in integrum

EST repoſitio enormitèr læſi in priſtinum ſtatum , *Rota , deciſ.* 134. *lib.*3. *diverſor.Puteus, dec.* 11.*de reſtitut.in integr.* Una reſtitutio eſt gratiæ ; Et eſt repoſitio enormitèr læſi in priſtinum ſtatum , à Principe ex ſua clementia conceſſa . Alia eſt juſtitiæ , Et eſt re-

repoſitio enormitèr læſi in priſtinum ſtatum, à jure conceſſa. *Spec.de reſtit.in integrum*,§.2. *nu.* 34.Peti valet principalitèr, & incidentèr,intrà quatuor annos,*leg. fin.Cod.ubi*,*& app.*Quæ reſtitutio impedit ſententiæ exequutionem, *l.*1.*Cod.de in integr. reſtit.Pragm.* 53.*de Offi.S.C.* Conceditur minoribus, etiam ratione affectionis in re ſuorum Majorum, *Oddo*,*de reſt. in integr.q.*2. Similitèr,conceditur Eccleſiæ, Fiſco, Univerſitati, Viduæ, Pauperi, *Guid. Papa*, *deciſ.* 302.Conceditur etiam Majori abſenti, aùt ignoranti, *Conſt.Regni*, *Obſcuritatem. Rota*, *dec.*164.*p.*2. *recent*, *Afflict. dec.*114. Petitur à principali,vel à Procuratore cum ſpeciali mandato. *De Marin.to.*3. *reſol.jur.alleg.*65.*nu.*8.

Additio)Conceditur reſtitutio in integrum pijs locis,Capitulo Collegiato alicujus Eccleſiæ, collegijs, & Congregationibus,Ruſtico,qui non potuit peritiores conſulere, vel ſi Ruſticus ſequutus fuerit conſilium indocti Doctoris.*Joan.*

Andr.in C.2.de reſtit.in integr.lib. 6. *Alex. conſ.* 14. *vol.*2. Similitèr, minori. Et minor ætas, tàm in mari, quàm in fœmina (de jure Regni) eſt annus decimus octavus non completus. Conſtit. Regni; *Minorum jura.*

Reſtitutio in integrum conceſſa in cauſa principali, non datur in acceſſorijs. Non impedit exequutionem decreti affirmativi, puta; præſtetur aſſiſtentia. *Iſern.in Conſtit.Regni*: Licentiam.

CAP. XXI.

Terminus ad denunciandum

ET ſpatium competentis termini, à judice conceſſi Procuratori generali, ut ſe informet à ſuo principali abſente, de meritis cauſæ, *prag.*2.*ſub tit.de dilation.* Peti valet à Conſanguineo, vel ab amico Rei abſentis, *C. conſtitutum, de procu.* Termino ad denunciandum conceſſo, interim curſus cauſæ impeditur, *cit.prag.*2.*ibi*; Et pen-

pendente termino, cum Reo ſuperſedendum eſſe decernimus.

Additio) Terminus ad denunciandum ſemèl conceditur, ut lites citiùs
* finiantur,& ità in anno 1695. decrevit olim Regius Conſiliarius D. Carolus Brancacius B. M. in cauſa Ill.Duciſſæ Lauriani. Cum hæredibus Ill.Marchionis Acayæ, in Banca de Bambace, me patrocinante, per *famigeratum text. in l. properandum,Cod.de judic.* Conceditur terminus ad denunciandũ, etiam in cauſis exequutivis; nam in his cauſis informandus etiam eſt procurator à ſuo principali de meritis cauſæ. *Sanfelic. dec.* 306. *tom.* 2.

CAP. XXII.

De Exceptionibus.

EXceptio eſt jus repellendi in judicio intentionem actoris, *l.* 4. §. *hac autèm, ff. de damn. infect. Minſinger. centur.* 2. *obſerv.* 28. Triplex eſt, alia dilatoria, alia pe-

remptoria, alia modificativa, *Rit. M. C.* cujus est initium. Exceptione.

Dilatoriæ exceptiones

Sunt, v3. Exceptio legitimationis personæ, puta hæredis, cessionis, legati, donationis, filiationis, tutoris, curatoris, syndici, procuratoris. Et legitimatio personæ in causa Summaria, etiam necessaria est. *Petra, rit.* 181. *nu.* 4. *in fin.* Item, exceptio Senatus Consulti Vellejani; Exhibitionis scripturarum in libello mentionatarum, obscuritatis libelli, discussionis bonorum principalis, cedendarum actionũ, recusationis judicis, declinatoriæ, & incompetentiæ fori, cautionis expensarum, litis pendentiæ, compromissi, carentiæ, & incompetentiæ actionis, nótorij juris agendi defectus, inhabilitationis ad agendum, veniæ à filio, vel à genero, aùt à liberto non petitæ, reconventionis, termini ad denunciandum, laudationis in authorem.

Rit.

*Rit.M.C.*290.*Prag.*1.*in fin.de Senat.Conſ.Velle.Afflict.dec.*185.*Menoch.de arbitr. caſ.*134. *Galter. de inſtr.liqui. rubr.unica, nu.*11. Et per ſolam citationem dicitur lis pendere,ſecũdùm *Afflict.dec.*220.

Exceptio diſcuſſionis bonorum; locum non habet in patre prò filio fidejubente;Nec in fidejuſſore;negante ſe fidejuſſorem eſſe,*l.*1. *§.nè filius prò patre, & l.*11. *§.fin.ff.de fideiuſſo.* Exceptio declinatoriæ fori; competens principali debitori, non competit fidejuſſori, aùt ceſſionario,*l.*1.*ff.de judic.*Non admittitur exceptio hæc in Apoca bancali, niſi illa priùs fuerit recognita, vel verificata, ac depoſito facto, aùt in vinculis debitor fuerit conſtitutus. *Prag.*2. *de remiſſ. cauſa.prag.*63. §.6. *De Offic.procu. Cæſaris.*

Exceptio dilatoria impedit litis ingreſſum; & opponenda, atquè diſcutienda eſt ante, vel poſt dationem termini,quando cauſa exceptionis novitèr emergit, clarequè liquet.*Conſtit.Regni,incip.*Excep-

tiones. Procuratores *dolosè* opponentes dilatorias exceptiones puniuntur pœnis ſtatutis in *Regijs pragm. ut infrà, & in pragm. 3. de Offi. S. C.* Utinàm pro ſolutione harum pœnarũ invigilaſſent Magiſtratus!

Peremptoria exceptio

Eſt illa, quæ in totum perimit litem. *De Leonard. in pract. Offic. cap. 11.* Peremptoriæ exceptiones ſunt, v3. Exceptio rei judicatæ, tranſactionis, pacti de non petendo, periurij, præſcriptionis, ſatisfactionis, rei non traditæ, non numeratæ, pecuniæ, exequùtionis in bonis alienis, *Macedoniani, l. 2. §. hoc ſanè, ff. ad Macedon. leg. 10. Cod. de tranſact. l. 2. Cod. de ſentent. reſcind. non poſſ.* In exceptione rei judicatæ concurrere debent, eadem perſona, eadem cauſa, ac eadem res, *l. & tandèm, l. quantitas, ff. de excep. rei judi.* Præſcriptionis exceptio locum obtinet in Regno, nè rerum dominia eſſent in occul-

to,

to, *pragm.* 1. & 2. *de præscript.* Absentia *præscriptionem non impedit, cit. prag.* 1.

Macedoniani exceptio filijs familias in quibusvis oneroſis contractibus competit, vigore Pragmaticæ unicæ, *de Sena. Con. Macedo.* Ceſſat, ſi Filius familias peculium habeat Caſtrenſe, vel quaſi Caſtrenſe, vel ſi ſolvere Pater fam. cœperit, aùt ſi pecuniam filius fam. cõverteret in res ſibi neceſſarias, ad quas pater tenebatur, ut ſunt alimenta cauſa ſtudij, Calandaria Lectori, &c. *l.* 2. & 9. §. *ſi filius fam. ff. ad Macedon.*

Pœna non probantis (ſaltèm ſemiplenè) exceptionem tranſactionis, vel jurisjurandi eſt tarenorum decem, *prag.* 1. *de except.* Pœna non probantis exceptionem ſolutionis eſt ducatorum duodecim, applicanda Fiſco, & Parti prò medietate, *prag.* 44. *de Offi. Magiſtri Juſtit.* Pœna non probantis exceptionem exequutionis in bonis alienis ſimilitèr eſt ducatorum duodecim, *prag.* 44. §. 4. *de dilationibus.*

In

In ſatisfactionis exceptione exprimenda non eſt ſpecies ſolutionis, *cit.prag.*44. Et ità in anno 1689. fuit deciſum per S. C. Et quando à Procuratore opponitur,tunc ab illo ſubſcribi comparitionem ; in M.C. practicatur. Eſt opponenda peremptoria exceptio ante ſententiam,ac etiam poſt ſententiam, per in integrum reſtitutionis viã, *l.præſcriptio, Cod. de except. prag. Curſu dilationum.*

Modificativa exceptio

Et illa , quæ ſententiam modificat. Exceptiones modificativæ ſunt, vȝ. Exceptio confectionis inventarij,vel illius diſcuſſionis.Exceptio compenſationis . Novæ conventionis. Ceſſionis bonorum.Et inventarij confectione pendente, non moleſtatur hæres,per *text. in l.fin. Cod. de jure delib.* Opponens inventarij diſcuſſionem , tenetur ſuis ſumptibus inventarium, unà cum ſolemnibus apud acta exhibere,ut *domi proviſum vidi à quõ-*

dam

dàm Conſiliario Paulo Staibano, B.M. Inventarium hæredi conſervat omnia jura, omnesquè actiones. *Clar. §. feudum, q.* 42. *nu.* 14. & *q.* 43. *num.* 2. Compenſationis exceptio locum minimè habet adversùs Fiſcum, nec in cauſa depoſiti, aùt alimentorum; nàm venter non recipit dilationem compenſationis. *Afflic. dec.* 121. 163. & 381.

Nova conventio à principali, vel à procuratore opponi poteſt, cum expreſſione loci, temporis, & perſonarum, coram quibus conventum fuerit, *prag.* 1. *de procu. Sarn. in prax. civ. col.* 1. *ſecundæ paginæ.* Pœna non probantis novæ conventionis exceptionem eſt duc. 12. *cit. prag.* 44.

Qui opponit ceſſionis bonorum exceptionem, dare debet ſuis Creditoribus liſtam fidelem omnium ipſius bonorum, jurium, & actionum. Et quantitatem confiteri ejus creditoribus debitam; Et eisdem cedere jura, actiones, & bona omnia ſuprà lapidem Curtis M. C. alta, & intelligibili voce, & in

die

die, qua Curia regitur; & à Præcone publicatur cedentis nomen, *prag.* 1.& 3.*D.Petri de Toledo,sub tit.de ceſs.bonor.*In Nobilibus verò perſonis practicatur in Carceribus M.C.absquè ignominia, & reſervantur alimenta.*Petra,rit.*160. *nu.*21. Perſona, ad ceſſionẽ bonorum admiſſa (inſtantibus Creditoribus) gerere debet pileum ; cum victa viridi,ut ab omnibus cognoſcatur,*prag.*4.*eod.tit.* Ceſſionis bonorum beneficio minimè gaudet , qui jam impetravit quinquennalem dilationem , vel aliud contraxit debitum; intrà annum , à die decreti ceſſionis,*prag.*2.*eod.tit.*

Exceptio modificativa eſt opponenda infrà triginta dies , & tunc debitæ exequutioni demãdatur ſententia, præſtita priùs cautione;de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, *prag.*4.§.25.& 26.*de dilationibus.*

Additio) Quod ſervatur in hac inclyta Civitate Neapolis in Ceſſione bonorum, quæ more ignobilium fit, ſervatur etiam in Regno Siciliæ,Flandriæ,Romæ, & Lugduni.

duni. *Petra, d.rit.* 160. *nu.* 21. Regulariter, in obligationibus ex delicto descendentibus non potest quis cessionis bonorum uti beneficio. *Alber. in rubr. Cod. qui bon. ced. poss.*

CAP. XXIII.

PUPLICATIO

EST actus, quo mediante, testium depositiones propalantur. *Rit. M. C.* 72. Continet terminum ad examen percontandum, *prag. Cursu dilationum, de ordin. judic.* Ante publicationem in S. C. & in Regia Camera fit actus ad publicandum. Publicatio necessaria non est in causis civilibus, in quibus ipso jure facta intelligitur, secùs in causis criminalibus, *prag.* 11. *eod. tit. Clar. lib.* 5. *§. fin. q.* 48. Visis testium depositionibus, parte opponente, recipi non possunt testes, licèt instantia perempta esset, propter subornationis timorem, *prag.* 14. *eod. tit.* Etsi testes produ-

cens

cens esset rusticus, nam in servandis formis judiciarijs, Rusticus nõ est tutus ignorantia juris. *Oddo, de restit. in integr. p.*1. *q.*9. Alitèr in probatione per evidentiam facti, quia tunc cessat subornationis finis. *Gregor. dec.*583. Testium subornationis timor erit, si haberetur suspicio testium instructionis, ad hoc ut testes veritatem celent, aùt falsitatem propalent, *cit. pag.*14.

Additio) Publicatione facta, de voluntate partium, minimè validantur depositiones testium, non ritè examinatorum. *Bal. in Auth. si quis, Cod. de eden. Marant. in prax. civ. p.6. nu.*5. *pag.*442.

CAP. XXIV.

Declaratio circà usum

EST quidam actus, quò mediante, una pars ab altera petit, si uti velit scripturis, aùt testium depositionibus. Petenda est infrà quindecim dies, à die notitiæ scriptu-

ta-

rarum, & notificationis publicationis, reſpectù teſtium, *prag.* 4. §. 8. *de dilation.* Attamèn ad reſecandas dilationes expedit principali, vel procuratori, cum ſpeciali mandato fieri declarationẽ hãc, ſemper ac petatur, & ſine conditione aliqua, *cit. prag.* 8. *Nicolinus, in prax. nu.* 113. Declarans velle uti, vel non uti, &c. recedere nequit à declaratione jam facta, ob jus alteri parti quæſitũ, *Muſcatell. in prax. civ. glo. terminus repulſæ.* Producens ſcientèr falſum teſtem, in pœnam, cauſam amittit, licèt juſta ſit, & falſi pœna etiam punitur, *dict. prag. cujus initium eſt. Teſtem falſum, ſub tit. de falſis. Boer. dec.* 291.

Additio) Circà teſtes poteſt falſitas committi, ſubornando teſtes; ad falſum deponendum, vel utendo falſi teſtis depoſitione. Adverte, quod utens falſo inſtrumento, dicitur etiam falſum committere, *l. majorem, Cod. de falſis. Barb. conſ.* 34. *lib.* 3. Aperiens alienas litteras, ut adverſario illas oſtenderet ſimilitèr committit crimen falſi, *Bart.*

in

in l. Titio, ff. ad municip. Obſerva *Broya, in ejus pract. crimin.* Eandem rem duobus vendens, in falſi crimen incurrit, *leg. ſi duobus, ff. de falſ.* Producens ſcientèr ſcripturam aliquã falſam, ſi ea uſus fuerit, ultrà amiſſionem cauſæ, licèt juſtæ (ipſo jure) arctiùs punitur; *prag.* 1. *de falſis*. Excipe, ſi intrà octo dies, poſt proceſſus publicationem, continuò ſequentes, ſpecificè in judicio ei renunciaverit, *cit. prag.* 1. In cauſis pupillorum, minorum, tantùm eorum Tutores, & Curatores ad pœnam falſi incidiſſe, diſponit *dict. prag.* 1. *de falſis*. Falſitatis teſtium prætextu, aùt ſcripturarum, curſus cauſæ principalis non impeditur; alitèr, ſi ex eisdem actis falſitas Judici cauſæ civilis innoteſceret, *prag.* 2. *D. Raimundi de Cordua, de falſ.* ibi; *Veruntamèn, ſi pars de falſo accuſans, falſitatem allegaverit, ex actis ipſis, procedatur; nihilominùs in cauſa principali, juxtà juris formam, ſuperſedeatur: & ſuper falſitate prædicta (juſtitia mediante)*

te) *provideatur*, *&c.* Teſtis falſus (in civilibus cauſis) manu obtruncatur, cum perpetuo exilio : ſin autem (iterùm) in falſi crimen inciderit, tunc pœna mortis punitur, *prag.* 3. *&* 4. *eod. tit.* ibi; *Addentes, quod falſus teſtis, qui de falſo condemnatus fuerit ſi* (iteratò) *in crimen falſi inciderit, pœnam mortis naturalis* (irremiſſibilitèr) *incurrat.* Eadem pœna, *& qui conſuluerit, vel inſtruxerit falſum teneri* (itidèm) *decernentes, atquè mandantes.* Exhibentes Schedulas falſas, aùt inſcripta falſa, vulgaritèr; Bollettini falſi, licèt non ſint principales falſarij, coram Nũmularijs in Bancis, & in Arca Regiæ Theſaurariæ, puniuntur pœna mortis, ſine perſonarum exceptione, *prag.* 4. 8. *&* 9. *de falſis.* Hæc falſitas probatur, ſola depoſitione principalis, cum comparatione manus, *cit. pag.* 8. Eadem pœna punitur adulterans (tantùm) ceſſiones falſas in apocis, vulgaritèr dictæ (girate falſe) Nummularijs inſcriptis, *d. prag.* 8.

De-

Debitum ſatisfactum, ſi petierit iterùm, punitur pœna ſtatuta in *prag.7. de falſis.* ibi; *Placet*, quod contrà petentes debitum aliàs ſatisfactum, ſi Nobiles ſunt, imponatur pœna relegationis per triẽnium; & ſi Ignobiles, pœna triremium, dummodò Actores ſint principales, cum quibus debitum eſt contractum, & dummodò de ſatisfactione conſtet per ſcripturas publicas, vel apocas de jure validas. Et de pœna Falſarijs infligenda, habetur etiam in *Cap. Regni* 31. Regis *Caroli* primi. B. M. Adverte; quod Notarij ſubditi Baronum conficere nequeunt inſtrumenta ad beneficium eorum Dominorum, ob falſitatis timorem. *Cap. Regni*, 289. *Regis Ladiſlai. Afflict. in Conſt. Regni*: In locis demanij.

CAP. XXV.

De primo, & ſecundo beneficio.

IN Regno, beneficium reſtitutio in integrum nuncupatur; Quæ

in

in integrum reſtitutio denegatur adversùs beneficia non petita;nam eſſet reſtitutio in integrum reſtitutionis in integrũ,in jure prohibita;Etenim aperiretur via proceſſui in infinitum; qui negatur à Juriſtis; Sectatoribus veræ philoſophiæ,*prag.*31.*de Offi. S. C. prag.* 16. *de ordi. judic.* Beneficium eſt terminus extraordinarius, qui cõceditur perſonis privilegiatis, ad non probata probandum. Tertium non conceditur beneficium,ad infinitatem vitandam.*Afflict.dec.*35. *nu.*2.Peti debet à Procuratore, ſine clauſula aliqua, ſub pœna unciarum auri 25. actorum magiſtris,*prag.*57.*&* 62.*cit.tit. de Offi. S.C.*Beneficio non utens, punitur pœna ducatorum 12. Quæ vitatur,ſi in actu intimationis electionis Examinatoris renuncietur beneficio, quià terminus tùnc incipit currere,*prag.* 13.*eod.tit.* Eſt petendum primum beneficium;infrà dies triginta, poſt notificationem publicationis, aùt concluſionis, quando in cauſa publicatio minimè

mè fit, puta quando in cauſa examen factum non fuit, *prag.* 16. *de ordin.judic.* Secundum verò beneficium eſt petendum; infrà triginta dies, immediatè decurrendos à triginta diebus primi beneficij, *d. prag.* 16. Terminus primi,& ſecundi beneficij (hodiè) eſt judici arbitrarius. *Vrſill.ad Afflict. dec.* 124. Beneficia competunt Pupillis,Minoribus,Eccleſijs,Fiſco, Univerſitatibus, Pauperibus, Mulieribus omnibus,licèt uſæ fuerint teſtium repulſa,*prag.* 2. *eod.tit. Staibanus, to.* 2. *reſolut.* 155. *Roccus, reſp.* 82. Si Rei duo eſſent, & ambo privilegiati, ſi Correus beneficium petat, tunc Actori expedit concedi facere beneficium petitum utrique Reo; nè Correus poſteà idem petat beneficium.

Additio) Primum, & ſecundum beneficium, etiam conceduntur Senibus omnibus, abſquè limitatione pretenſæ ſanitatis. O vos pauperi Senes,qui in Beneficijs invenitis reſtrictionem, tempore quo ipſa ſenectus morbus eſt. Doctores

res limitantes; à Senibus firma recipite consilia; Venerate Senectutem, juxtà illud *Ovidij*, *lib.* 5. *de Fast.* Magna fuit capitis quondàm reverentia cani) Inquè suo pretio ruga senilis erat) Jura dabat Populo Senior, finitaquè certis) Legibus est ætas, undè petatur honos) Et mediùs juvenum non indignitatibus ipsis) Ibat, & anterior si comes unus erat. Cujus occasione agamus.

CAP. XXVI.

De Privilegijs Senum.

PRobitas, prudentia, scientia, & gravitas in Senibus. Plato, cæterarum virtutum Senectutem Reginam appellavit. *C. fin. dist.* 84. *l.* 1. *ff. de just. & jur. Afflict. in præfatione decisionum S. C. nu.* 70. Senectus incipit ab anno quinquagesimo quinto, *l. si pater familias, ff. de adopt. § fin. inst. civ. de adopt.* Datur Senis sexagenarius, & septuagenarius. *Bajardus tamèn ad Jul. Cla.*

*q.*60.*nu.*28. Judicis arbitrio Senectutem remittit. Habens annum quinquagesimum examinari valet ad futuram rei memoriam, quia periculum est in mora, secundùm *glo.in Cap.quoniàm frequentèr. Ut lit. non contest.* Et nè Discursus in hoc senescat, fluat nunc Oratio ad materiam. Senes mitiùs puniuntur, *Gram.cons.*63. *nu.*9. In tortura, à Juvene, non à Sene incipiendum, *leg.unius facinoris, ff.de quæstionibus*. Et Senex septuagenarius torqueri non potest, *l.* 3. §. *ignoscitur, ff.ad Syllan. Bajard. q.* 64.*num.*71. Præsumptio superstitionis removenda est in Senibus. *C. fraternitatis, dist.* 34. Similitèr cessat suspicio fugæ, *l.si ut certò*, §. *custodiam, ff.commodati.* Senis aggressus à Juvene, non modò æqualia arma habentes, si Senis Juvenem occiderit, à pœna ordinaria veniret liberandus. *Gram.cons.*29. In causis criminalibus, Senis in ejus Domo depónere valet, ad differentiam Juvenum, qui dęponere debent coram Judice, & in illius

Do-

Domo, ſub pœna carcerum, *C. ſi teſtimonium, extrà, de teſtibus, leg. inviti, ff. de teſti. Hippo. ſing.* 198. Senis excuſatur à tutela, à cura, & ab omnibus alijs muneribus perſonalibus, *l. manifeſti juris, Cod. qui æta. lib.* 10. Si duo eſſent hæredes, & inter ipſos controverſia oriretur, quis nam retinere deberet claves bonorum hæreditatis; erit reſpondendum pœnes hæredem Senem, *l. cum pater, ff. de lega.* 2. *Bal. in l. procuratore, Cod. de eden.* Teſtis ſenex præfertur juveni, *Hippo. ſing.* 82. Seniores corrigere poſſunt Juniores Seculi venturi; & præponendi ſunt Juvenibus. *C. de quibus, diſt.* 20. Et excuſantur à pœnis judicum, *C. placuit, diſt.* 18. Non præſumuntur contumaces. *C. egrotans,* 5. *q.* 3. In dubio præſumitur Juvenem, & non Senem eſſe primum aggreſſorem. *Gram. conſ.* 24. Tandèm, Senes ſeptuagenarij pro debito carcerari nequeunt. Et advertat Judex, ut fides baptismi authẽtica ſit. *Gratia. lib.* 2. *for. c.* 328. *Paſcal. de patr. pote. p.* 6. *c.* 9. *n.* 83.

CAP.

CAP. XXVII.

Repulſa.

ESt actus,quo mediante, quis repellit teſtes examinatos,quo ad perſonas, vel quo ad dicta, *pragm. Curſu dilationum,de publicat.proceßus.* Repulſa olim petebatur infrà decem dies, à die publicationis. *Rit.M.C.Item quod;* Nunc petitur infrà octo dies,à die publicationis inſinuativæ, abſque clauſula aliqua;& à Procuratore in actis conſtituto, ſub pœna ducatorum duodecim actorũ Magiſtris, *prag.* 11.*de ordi.judic.prag.*57. *&* 62.*de Offi. S.C.* Repulſa non utens, punitur pœna ducatorum ſex, *prag.* 1.*de dilat. pragm.*31. *de Offi. S. C.* Quando proteſtatum fuit de repulſa; in actu notificationis citationis teſtium,tàm in cauſa appellationis, quàm in cauſa attentatorum, quàm etiam in cauſis Summarijs,& non exequutivis, conceditur repulſa. *C.præſente. de teſtibus.*

bus. Iſern. in Conſt. Regni Jurisperitorum. Nemo repellere poteſt teſtes à ſe productos, tanquam à ſe ipſo approbatos. *Capyc. latr. deciſ.* 62. Terminus repulſæ eſt medietas termini probatorij, *Pragmatica; Curſu dilationum*. Supponimus, quod terminus probatorius, ſaltèm ſit dierum quatuor, ſecùs terminus repulſæ erit dierum duorum; Qui terminus repulſæ, cum odioſus ſit, currit de momento ad momentum. *De Leonard. in pract. Offic. c.* 11. In articulis repulſæ, eſt apponenda clauſula: Non animo injuriandi, ſed defendendi cauſa. *Carav. rit.* 72. *nu.* 10. Committitur audientia prò duobus teſtibus tantùm. *Urſill. ad Afflict. dec.* 351. *num.* 3.

CAP. XXVIII.

Repulſa repulſæ.

EST actus, quo mediante, quis repellit teſtes in cauſa repulſæ examinatos. Petitur intrà octo

dies, à die publicationis in cauſa repulſæ. *Rit. M.C.* 74. Conceditur, ſi proteſtatum fuerit de repulſa repulſæ in notificatione citationis teſtium, factæ in cauſa repulſæ. *Afflict. dec.* 351. Terminus repulſæ repulſæ (hodie) eſt biduum, & currit de momento ad momentum, cum ſit odioſus, *C.* 2. *de teſtibus, cit. prag. Curſu dilationum.* Ad infinitatem vitandam tertia denegatur repulſa, §. *quia verò, auth. de teſtibus*. Si tota litis defenſio in teſtibus examinandis (in partibus) exiſteret, tunc committitur audientia teſtium in cauſa repulſæ repulſæ; pro duobus teſtibus dumtaxàt. *Rit. M.C.* 146. *glo. in Conſt. Regni. In pecuniarijs.* Levis repulſa reprobatorios repellit teſtes. *Grammat. conſ.* 12.

CAP. XXIX.

De Concluſione in Cauſa.

COnclusio eſt actus, quo mediãte, clauditur os partibus, in produ-

ducendis teſtibus, etiam eum clauſula, quod teſtium depoſitiones extrà proceſſum ponantur, propter ſubornationis ſuſpicionem, *prag.* 14. *de ordi. judic.* Alitèr dicas, ſi Pars in termino teſtes citavit, & examen partis adverſæ minime percontavit, nam Concluſio tunc fit cum reſervatione, quod ſi venerit examen recipiatur, & de teſtium depoſitionibus habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, *d. prag.* 14. Ante concluſionem ſit in S.C. & in Regia Camera Summariæ, actus ad Concludendum. Poſt concluſionẽ admittitur probatio per evidentiam facti. *Mele, ad Gizzar. dec.* 41. Infrà quindecim dies, poſt concluſum in cauſa, peti poſſunt Judices adjuncti, in cauſis in S. C. excedentibus ſummam ducatorum mille, niſi in aula Judicum ſupervenerit deficientia, *prag.* 29. *Capitum, c.* 3. Per ſolam Adjunctorum petitionem, deciſio cauſæ non impeditur, ut lites citiùs finiantur, quod multùm expedit in Parthenopæo Foro, ubi

Syrenes diù, noctuquè canunt, *prag.*4. *de dilat.num.*3.& 6. Ante concluſionem poſſunt teſtes de falſo accuſari, & accuſatione pendente proceditur, ut dictum eſt, in civili, & criminali cauſa. *Vrſill.ad Afflict. dec.* 229. Attentata poſt concluſum in cauſa revocantur, nam poſt concluſionem adhùc lis pendet. *Afflict.dec.*352. *nu.*3.& 5. Per concluſionis omiſſionem proceſſus non vitiatur, quia Concluſio habetur prò facta, *cit.prag.*14. Concluſio eſt finis compilationis proceſſus. *Afflict. dec.* 336. Poſt concluſionem poſſunt privilegiatæ perſonæ Forum variare. *Carav. rit.M.C.*231.

Additio) Variatio Fori eſt actus, quo mediante, quis litem ex uno ad alium Forum competentem transfert; Electio verò fori eſt actus, quo mediante, quis ex pluribus competentibus foris unum eligit. *Carav.rit.*233. Hinc, quod dicitur de electione, intelligitur etiam de variatione fori, nam ipſa variatio includit electionem fori. *Gallup.*

*p.*2.

p.2.prax.S.C.cap.6. Eligens forum esse debet privilegiata persona, cum juramento; perhorrescendo potentiam adversariorum, *l.unica, Cod.quando Imperator.* Procurator constitutus ad eligendum forum, jurare valet ipsius principalem perhorrescere adversarij potentiã. Vult enim finem, qui media vult. *Merlin.to.1.forens.c.86.* Licet forum pluriès variare, *de Marin. to. 2. c. 47.* In dubio, electio fori admittenda est, favore pietatis. *Castill. lib.3. controv. c.25.* Renunciari nequit electioni fori, cum publicus sit favor; nè scilicèt Homines adversariorum potentia opprimantur, *Giurba, dec.42. Masul. ad Capyc. dec. 9.* Nova superveniente causa, judex nequit terminum præfigere privilegiato ad eligendum forum, *Franc. dec. 192. Thor. p.2. comp. v. renunciari an possit.* In extraneum privilegium hoc minimè transit, cum personalissimum sit privilegium, *Roman. cons.135. Olèa, de cess jur.tit.6.q.3.* Eligunt, & variant forum Pupilli,

li, viduæ, virgines, minores, orphani, ruſtici, infirmi, pauperes, damnati ad trimeres, ſtudentes (modeſti) juris civilis, & canonici; Senes, prodigi, nautæ, peregrini, Clerici, Eccleſiæ, Confraternitates, Communitates, Loca pia, Conſortes *litis* cum privilegiato, Neapolitani, Meretrices, & aliæ miſerabiles perſonæ. Et Meretrix dicitur (ſecundùm *Abb. in C. cum decorem, de vita, & hone. Cle.*) quæ duos tantùm admiſit. Electio fori ceſſat in cauſis exequutivis, modicis, feudalibus, in cauſa reconventionis, in cauſis Adminiſtratorum Univerſitatis, & aliorum, qui computa reddere tenentur. Ceſſat denique in hac fideliſſima Civitate, cum in ea ceſſat perhorreſcentia, propter Proregis præſentiam, *Auth. Habita, Cod. nè filius pro patre. Petra, ad Gram. dec. 21. Roccus, to. 2. reſp. 79. Capiblanc. de Baronibus, ſuper prag. 8. n. 47. Franc. dec. 193.*

Poſt Concluſionem peti valet reſtitutio in integrum; Et deferri juramentum ſuppletorium, ante conclu-

cluſionem petitum. Similitèr, admittitur probatio per confeſſionem partis. In termino Summario non fit Concluſio, ſed fit facultas ad dicendum. *Marant. in prax. civ. p. 6. pag. 449. Et ità practicatur.*

CAP. XXX.

Terminus ad concomitandum.

EST actus, quo mediante, quis intendit corroborare per teſtes, ſcripturas publicas, novitèr in judicio productas. *Caravit. 238.* Ex æquitate, poſt concluſum in cauſa, peti valet terminus ad concomitandum, nè Rei indefenſi remaneant, *Afflict. dec. 115. & 272.* Contrà quem æditæ ſunt ſcripturæ, conceditur terminus ad impugnandum, *Rit. M. C. 75.* Undè, qui concomitatur; tendit ad conſervationem, qui verò impugnat; tendit ad ſcripturarum deſtructionem. Adversùs ſcripturas forenſes (ſi videbitur Judici) conceditur terminus ad impugnandum. *Petra,*

tra, rit. 238. Non utens termino adconcomitandum, aùt ad impugnandum, punitur pœna ducatorum ſex, *prag.* 6. *de Offi. S.C.* Scripturæ in S. C. præſentandæ ſunt infrà viginti quatuor horas, poſt notationem cauſæ in liſta cauſarum expediendarum, poſita per Conſiliarium Comiſſarium in ejus aula, ſalvo jure partibus contrà Defenſores dolosè non producentes ſcripturas apud acta, *prag.* 52. *eod. tit.* Hodiè, liſta prædicta non ſemper in aula à Comiſſarijs apponitur.

CAP. XXXI.

Monitio ad dicendum.

EST actus, quo mediante, ad inſtantiam actoris monetur reus (etſi contumax) ad ſe in aula defendendum; Undè, Reo non monito, ſententia erit nulla, tanquàm indefenſo. *Vant. de nullitat. ex defectu citationis, nu.* 59. alitèr erit, parte præſente tempore ferendæ ſen-

ſententiæ, *l. de unoquoque, Cod. de re judic. l. fin. Cod. de procu.* Facta monitione, proceſſus originalis ab Advocato percontatur, licèt priſcis temporibus concedebatur copia proceſſus; Et meliùs, ut Magiſtra practicæ Experientia docet, *prag. 77. de Offi. S. C.* Infrà dies quindecim, poſt monitionis notificationem peti valet Aularum unio, in cauſis excedentibus ſummam ducatorum bis mille; Secùs requiritur Proregis diſpenſantio, *prag. 65. eod. tit.* Per ſolam petitionem unionis aularum, non impeditur cauſæ deciſio, *pragm. 4. de dilation. §. 6.* Antiquitùs una erat aula S. C. Poſteà fuerunt duæ. Poſteà tres, & nunc ſunt quatuor, *pragm. 2. & 41. de Offic. S. C.* Mutantur Aulæ in S. C. quolibet bimeſtri; & uniuntur in diebus Martis, & Veneris, *cit. prag. 2. & 41.*

CAP.

CAP. XXXII.

Sententia.

EST judicialis definitio, finẽ controverſiæ imponens; condemnãdo, vel abſolvendo, ſecundùm id quod in jure Judex ſentit, *l.1.ff.de re judic.* Triplex eſt, ſcilicèt definitiva, habens vim definitivæ, & interloquutoria. *Menoch.lib.1. de arbitr. q.45.* Quot ſunt capita ſeparata ſententiæ, tot ſunt ſententiæ. *Boer.dec.73.* Sententia eſt ſtrictè interpretanda, *l.1.Cod.ſi plures unic.ſent.* Interpretari debet uniformitèr ad libellum. *Felin. in C. qualitèr, de accuſat.* Proferenda eſt in ſcriptis à judice, pro Tribunali ſedente (in ejus territorio) vel ab Actuario cauſæ. *Conſt. Regni*, cujus eſt initium. Ab omnibus. Et in die juridico, non noctu, nec contrà mortuum, nec etiam ad favorem mortui, nam judex in mortuis jurisdictione caret, *l.quæſitum, §.fin. ff. de re judic. Franc.dec.145.* Sen-

ten

tentia esse debet certa,& non generalis. Afficere debet litigatores, *d. l.de unoquoque*. Ex actis justificari debet,*l.prolatam*, *Cod.de sent. & interloq.* Continere debet invocationem Divini nominis, & Nomen regium, *prag.* 6. *de Offic. S.C.* In dubio prò valore Sententiæ pronunciandum est, *l.quotiès, ff. de rebus dubijs*. Lata adversùs Fiscum(ipso inaudito)est ipso jure nulla, unà cum actis omnibus; & pœna judici, est arbitrio Suæ Catholicæ Majestatis,*prag.*36.*cit.tit.* In Sententia S.C.si vota paria essent,tunc non promulgatur Sententia,in qua Præses S.C.votavit, sed Vice-Regi fit relatio,sub pœna ducatorum mille. In incidenti verò datur alius Consiliarius,prò paritate dirimenda, *prag.*1. §.6.*de cau.decid.*In Sententia S.C.ducatorum biscentum esse debent tria vota conformia.In Sententia verò infrà dictam summam sufficiunt duo vota conformia, *prag.*31. §.6. *de Offi. S. C.* Sententia judicis à quo, confirmata per S. C. non re-

vi-

videtur,*prag.*61. *eod.tit.* Tribunal S.C. olim erat in regali monaſterio S.Claræ,*prag.*6.*cit.tit.* In Sententijs non reſervatur expenſarum condemnatio,*prag.*1.*de appellat.*Sententia manifeſtè iniqua eſt ipſo jure nulla.Et in una cauſa lata non præjudicat alijs,*l.nominatio,Cod.de appe.Afflict.dec.*28.

Additio) Sententia dicitur eventus Fortunæ, nam cauſa à caſu dicta, ideoquè dicimus ; Dubius eſt litis eventus. Habent ſua Sydera cauſæ; Sententia tranſacta in rem judicatam , exequutioni demandatur,parte tamèn citata,*§.pen.auth. de æqua.Dot.*

CAP. XXXIII.

Reclamatio.

ESt provocatio ad idem Tribunal,ratione gravaminis illati,ut evenit in Sententia S.C. ubi cauſa reclamationis committitur à Præſidente alio Conſiliario ejuſdem Aulæ; à quo datur terminus

ad

ad non posita ponendum, & non probata probandum. Et in termini compilatione servandum est, quod in appellatione servatur. *Giurba, dec.* 30. *nu.* 7. Quilibet, reclamationi inherendo, valet se juvare reclamatione à tertio proposita, uti litis consortem, adinstàr relationis Philosophorum. *Peguera, dec.* 194. Proponitur in S.C. Reclamatio intrà decem dies cum comparitione; Et tunc exequitur Sententia cum cautione; in casu retractationis sententiæ. Proponitur etiam intrà biennium cum supplicatione reclamationis; & exequitur tùnc sententia S. C. absquè cautione ptædicta, *prag.* 5. *de Offi. S.C. Capyc. dec.* 28. Reclamatio gratiosum est remedium, adeoquè conceditur semèl, *leg. si quis, Cod. de tempo. appe.* Revidetur per eosdem aulæ judices, *prag.* 41. §. 2. & 9. *de Offi. S.C.* Potest reclamari à decretis admittentibus nullitates, per verba; Nullitates obstare, *pragm.* 4. §. 23. *de dilation.* A duabus sententijs conformibus

S.C.

S.C.non reclamatur, *pragm.* 5. & 41.§.4. *de Offi. S.C.* Nec reclamatur, ſi ſententia in rem judicatam fecerit tranſitum,*l.fin.Cod.de errori.Advo.* Similitèr,reclamatio non conceditur in illis cauſis, in quibus appellatio denegatur, *Dec. in l.fin.Cod.de edict. Divi Andr. toll.* Eſt proſequenda reclamatio infrà unius anni ſpatium ſine cauſa, & cum cauſa infrà alij anni ſpatiũ, ſecùs ob lapſum fatalium, reclamatio deſeritur, ut in praxi ſervatur. Et Fatalia currunt in S.C.& in Regia Camera,*Capyc. dec.* 100. Attamèn in S.C.ex æquitate,ſententia ſemper revidetur ex eiſdem actis.*De Marin. ad Revert. deciſ.* 178. A decreto admittente, vel reiciente ſuſpicionem Judicis,non competit reclamatio,nec aliud remedium, nè cauſæ æternentur. *Petra,rit.M.C.*19.*num.*9.

CAP.

CAP. XXXIV.

Nullitas Sententiæ.

EST actus, mediante quo, sententia S.C. declaratur nulla, quia lata contrà expressum casum juris, aùt contrà publicam scripturam, in processu ante Sententiam productam, *pragm.* 4. §. 20. *de dilation.* Per viam actionis (in Regno) proponitur nullitas justitiæ intrà decem annos, exequuta tamèn sententia, *cit. prag.* 4. §. 27. Sed per viam exceptionis, nullitas proponitur intrà sex dies, cum depositò ducatorum duodecim prò pœna, si lis esset infrà summam ducatorũ mille, si ultrà; depositum erit ducatorum nonaginta. Et depositum irremissibilitèr liberabitur Secretario S.C. si nullitates non obstarent; Nec remitti valet ob quamlibet causam, etiam pietatis, vel minoris ætatis, *d. prag.* 4. §. 22. & *prag.* 5. *de Offic. S.C. Marcian. disput.* 18. *nu.* 45. *to.* 1. Nullitates impe-

pediunt ſententiæ exequutionẽ; & terminus conceſſus ad nullitates proponendas currit de momento ad momentum, cum ſit odioſus, *cit. prag.* 4. §. 18. & *prag.* 5. §. 2. Clarè proponenda eſt nullitas, cum cauſæ Advocati ſubſcriptione, *dict. pragm.* 4. §. 16. Et ſubſcriptio erit. Dominicus Cerillus V. J. D. omni qua decet reverentia, pro obſervantia Regiæ Pragmaticæ. Nullitates diſcutiendæ ſunt infrà duos menſes, à die quo illæ proponuntur; ſecùs nullitates ſunt ità, ac ſi rejectæ fuerint; Et judex ob ullam cauſam diſpenſare valet dicto termino, *prag. D. Petri ab Aragonia*, §. 3. In dubio pronunciandum eſt; nullitates nõ obſtare: cum nullitates juſtitiæ odioſæ valdè ſint. *Valenz. lib.* 1. *conſ.* 72. *Franc. dec.* 228. Poſt ſententiam dici nequit de nullitate actorum, *cit. prag.* 4. §. 17.

Additio) Pauperes non tenentur facere depoſitum prò pœna nullitatum, ut in dies in practica ſervatur. *Petra, rit.* 19. *nu.* 9. Hoc modo.

do. Porrigere debent memoriale Regio Collaterali Consilio, in quo exponendo eorum paupertatem, supplicant pro receptione nullitatum sine depositio. Regia decretatio in calce memorialis erit. S. R. C. constito de paupertate, & adimpletis adimplendis, servata forma Regiæ Pragmaticæ, super supplicatis de justitia provideat. Deindè à Præside S.C. fit decretatio, v3. Idem magnificus causæ Comissarius supplicata recognoscat, partes audiat, provideat, & in S.C. referat. N. N. Posteà datur terminus Summarius super allegata paupertate; quo termino compilato, proponitur causa in S.C. A' quo, visis testium depositionibus, si eidem videbitur recipi nullitates, absquè depositio, decretum erit; recipiantur nullitates absquè depositio. Deindè, servatis servandis, discutiuntur in S. C. nullitates. At si non obstarent, tunc fit decretum; Nullitates non obstare, vel non militare. Advertendum est, quod si nullitates

es-

essent notoriè calumnioſæ, tunc non conceditur terminus ſuper allegata paupertate, ſed per S. C. fit decretum, quod reiciantur nullitates, ut practicatum vidi, ad relationem olim Regij Conſiliarij Pauli Janettaſij. At quia Advocatus poſt decretum dixit in Aula; Eſſe novã practicam. S. C. rationabilitèr practicavit illius carcerationem; Qui poſteà fuit excarceratus, cum clauſula; dummodò nõ accedat ad S. C. donèc alitèr. Foro parendum eſt, juxtà Catonianum dictum. Attamèn, ſi depoſitum factum fuerit, & nullitates minimè obſtarent, tunc per S. C. declaratur, v3. Nullitates non obſtare, & proindè depoſitum liberetur magnifico Segretatio S. C. ſervata forma dictæ Regiæ Pragmaticæ.

CAP. XXXV.

De Appellationibus.

APpellatio eſt provocatio de minori ad majorem judicem, ratio-

tione gravaminis (licèt levis) illati. Diximus, licèt levis, nam Justitia in gravamine levi, etiam lœditur, *l.* 19. & 20. *Cod. de appe.* Appellatio, una devolutiva, & suspensiva, alia devolutiva tantùm, *l.* 6. *ff. de appe.* A' Curijs Baronalibus appellatur ad Regias Audiẽtias, & à Regijs Audientijs appellatur ad M. C. Vicariæ, vel ad S.C. *prag.* 7. 16. & 41. *de Offi. S.C.* Appellatio interponenda est infrà decem dies continuos, qui à die intimationis decreti diffinitivi incipiunt. *Capyc. latro, dec.* 165. In Regno, appellatio justificari valet ex alia causa, quàm ex causa in libello appellationis expressa, quia in Regno proceditur sola facti veritate inspecta, *prag.* 1. *de ordin. judic. prag.* 3. *de appe.* Appellari valet in die fœstivo, propter vim naturalis defensionis; & appellatio defensio est. *Muscatell. p.* 1. *prax. glo. potest, nu.* 41. In causa appellationis peti nequit compromissum necessariũ. *Ricca, in prax. civi. nu.* 82. Copia omnium actorum,

rum, Judicis mandato, & appel
lātis ſumptibus transmittenda e
judici ad quem, infrà quinqu
ginta dies continuos. *Conſt. R*
gni; Appellationum tempora. *P*
riſius, in prax. civ. p. 3. *c.*64. Infr
quos quinquaginta dies, in cauſ
deciſis extrà hanc Civitatem, f
apertura proceſſus. In Cauſa a
pellationis datur terminus ad nc
poſita ponendum, & non proba
probandum. *Carav. rit.* 260. A' d
cretis definitivis, in cauſis inf
ſummam ducatorum decem A
dientiarum Calabriæ, Hydrunt
Barij, Aprutij, & Baſilicatæ n
appellatur ad M. C. A' decre
verò aliarum Regiarum Audie
tiarum infrà ſummam ducatoru
quinquaginta non appellatur
M. C. ſed cauſæ remittuntur
Gubernatores locorum, ut pro
dant cum voto Ordinarij Conſi
toris, non ſuſpecti, *prag.* 7. §. 2.
Offi. S. C. Principalis appellare p
teſt, ſi procurator non appella
rit. Et Pater pro filio appell
valet. *Paſcal. de virib. patriæ*

*te.p.*1.*c.*2. *num.*3. Appellatio non impedit exequutionem assistentiæ, quo ad caput adjudicationis. *Franc.dec.*120. Nec impedit exequutionem decreti M. C. juxtà, vel infrà summam ducatorum cẽtum quinquaginta, præstita tamen cautione, de restituendo in casu retractationis, *prag.*3. §.4. *de Offi. S. C.* Et ità practicatur. Appellatio exequutionem non impedit in causa alimentorum futurorum, propter vitæ periculum, nam venter non recipit dilationem appellationis, *l.si neget, ff. de libe.agno.* Prosequenda appellatio est intrà annum sine causa,& cum causa intrà alium annum; Quæ tempora dicuntur fatalia,quæ augeri nequeunt à partibus, licèt minui, aùt ab eisdem renunciari possint, ut lites citiùs terminentur. *Auth.ei qui,Cod.de tempo.appe. l.fin.Cod.eod.* Non currunt fatalia, quando per Judicem stetit. Et Judex tunc tenetur in Syndicatu, de justitia denegata,§.*hoc quoquè, auth. ut sponsi. largitas, col.*9. Ap-

pellans ad S. C. ab indebita citatione M.C.V. in criminalibus, puta à citatione ad deponendum, ad informandum, vel ad informandum, & ad Capitula, curare debet decisionem causæ per S. C. infrà mensem, aliàs M.C. procedere valet ad ulteriora in causa, *pragm. D. Petri Giron, sub tit. de Offic. S.C.* Per calumniam appellans à duabus sententijs conformibus, aùt à decretis diffinitivis, punitur pœna ducatorum sex, *pragm. 33. eod. tit.* Si appellatio intercesserit, vel appellare quis potuerit, transactio post rem judicatam valet. Et Beneficia concessa in prima instantia, denegatur in causa appellationis, *l. & post rem, ff. de transact. ubi Bart.*

Additio) Clausula, appellatione remota, non tollit recursum ad Superiorem, sed tantùm tollit appellationem frivolam, secundùm *P. Fragosium, de regim. reip. to. 1. p. 1. lib. 8. disp. 24. §. 12.* Appellatio devolutiva, & suspensiva est, quæ impedit exequutionem sententiæ,

tiæ, aùt decreti definitivi ; Et devolvit cauſam à judice à quo , ad judicem ad quem appellatum fuerit . Devolutiva tantùm eſt , quæ non impedit exequutionem ſententiæ , ſed cauſa diſcutienda devolvitur ad judicem ad quem , ut evenit in ſententia lata in cauſa poſſeſſorij plenarij, *l.unica, Cod.ſi de momenta. poſſe.* Appellatio fieri valet tribus modis, ſcilicèt verbo, ſcripto , & facto, nempè iter arripiendo ad Superiorem,appellationis cauſa,*l.non verè, ff.qui.ex cau. majo.*Appellatio unius,prodeſt alteri, ratione relationis, *l.* 10. *ff.de appe.*Appellatio non impedit exequutionem in cauſa syndicatus in beneficium judicis , ſecùs contrà judicem,*pragm.3.de Syndi.Officia.* Ab Archidiacono appellatur ad Epiſcopum , qui eſt judex ſuperior.*C.romana,de appe.in* 6.A' Vicario generali Epiſcopi appellatur ad Archiepiſcopum, *C.*3.*de Offic. Vicarij in* 6. Ab Auditore Cameræ, Ab Auditore Papæ, & à Gubernatore Urbis appellatur ad

Summum Pontificem. *Ridolfin. p. 1. prax. c.* 13. A' judice primarum cauſarum Baronis appellatur ad Judicem ſecundarum, nè jurisdictionis ordo turbetur. *Capyc. dec.* 9. *Hodierna, ad Surdum, dec.* 147. A' Curia Magni Admirati appellatur ad S.C. & à Curia Artis Seriei appellatur ad M.C. *prag.* 14. *de Offic. Procu. Cæſa. Sanfelic. dec.* 419. *to.* 3. A' Regia Dohana Menepecudum Apuleæ appellatur ad Regiam Cameram Summariæ, *prag.* 61. §. 4. *cod. tit.* Ab Auditore Regij Caſtri novi, & aliorum Caſtrorum, & ab Auditoribus Exercitus Provinciarum Regni appellatur ad Regiam Audientiam generalem Exercitus. *prag.* 10. §. 10. & 12. *ſub tit. de militibus.*

CAP. XXXVI.

De exequutione Sententiæ.

SEntentiæ exequutio eſt actus, quo mediante, ſententia, per litterarum exequutorialium expedi-

ditionem, ſuum ſortitur effectum, *glo. in tit. Cod. de exequut.* Vigorè quarum litterarum exequutorialium, exequutio fit in bonis minùs lœdentibus debitorem, nam æquitas præfertur rigori. *Bal. in l. ordo, Cod. de exeq. rei judi.* Poſt exequutionem expeditur mandatum ad reluendum: Quo notificato, & biduo elapſo, licentia de vendendo expeditur, tribus tamèn ſubhaſtationibus præcedentibus, & appretio, partibus auditis, facto, Et demùm bona exequuta liberantur ultimo licitatori in extinctione candelæ. Depoſitum ex venditione perventum liberabitur Creditori. Aliquandò bona exequuta adjudicantur, juxtà appretium creditori, etiam nolenti, quando emptor non invenitur, præcedentibus præceptis creditori, quod procuret oblationem pro venditione, aliàs, &c. *d. l. ordo, & l.* 15. *§. pignora, ff. de re judicata.* Litteræ exequutoriales ſuſpendi nequeunt à judice ex quovis colore, vel pretextu, & illas ſuſpendens

in ejus Syndicatu tenebitur, *prag.* 79. §. 14. *de Offi. S. C.* Pro bono publico, exequutio fieri nequit, etiã ad instantiam Fisci, *super genere Bubulo*, licèt in specie obligatum fuerit. *C. Regni. Pridèm, & pragm.* 46. *eod.* Tandèm, in exequutionibus faciendis contrà Feudatarios, apponenda est clausula; Dummodò per exequutionem, nullo modo inducatur feudi divisio, *pragm.* 45. *cit. tit.*

Additio) *Formula decreti adjudicationis erit.* Die, &c. Per, &c. provisum *est, quod prò exequutione Sententiæ assistentiæ S. C. præstitæ ad beneficiũ Nicolai Nardilli, adiudicetur eidem rus in actis deductum prò ejus credito ducatorum bismille, juxtà appretium factum per Tabularium Ingrescella, eidemquè Nicolao consignetur possessio ruris prædicti per Scribam Causæ, hoc suum, &c. Pansuto. De Martino.*

CAP.

CAP. XXXVII.

DE CAUSIS.

CAusa dicta est à Chaos, vel à Casu; Est origo, principium, seù fons litis, *l.* 9. *ff. si cert. pet. Viv. lib.* 1. *decis.* 136. Hinc est, quod Causa non est idem, ac lis; Nam lis fundatur in Causa, *l. litis, ff. de ver. signi.* Et quando causa confunditur cum lite, tunc causa non sumitur rigorosè: Et confunditur causa cum lite, quando discutitur justitia litis; quando terminatur lis, per sententiam, aut per decretum definitivum. *Ridolfin. part.* 2. *prax. cap.* 1. *num.* 3. Dividitur causa, in civilem, criminalem, & mistam. Civilis est, quæ partis comodum respicit. Criminalis est, quæ respicit punitionem Inquisiti. Mista respicit utrumque, ut est causa furti, crimen injuriarum, &c.

Prima causa criminalis fuit in Paradiso Voluptatum, *Gen. cap.* 1. &

3. ibi : *Adam ubi es.* Deus citavi
Adam, ut se defenderet. Defensi
Adæ hæc fuit. *Mulier, quam dedi
sti mihi sociam decæpit me, & co
medi.* At quia Domino defensio
hæc valida visa non fuit, ideoqui
illum damnavit his verbis. *In su
dore vultus tui, vesceris pane tuo*
O sudor! O sudor.

Insuper dividitur causa, in ordina
riam, & summariam. Ordinaria
est, in qua juris ordo servatur
Summaria est, in qua non serva
tur ordo juris, sed in ea procedi
tur summatim, & de plano. Et hæc
causa dicitur summarra, quo ad
ordinem, non quo ad probatione
plenas. *C. tua nos, de sponsa. l. pr
latam, eod. de sentent. & interloq
Rot. part. 2. diversf. decis.* 351. *Man
tica, decis.* 254. Datur deniqu
causa summaria, non solùm qu
ad ordinem, verùm etiam quo a
probationes plenas, ut est caus
alimentorum, causa debitoris su
specti de fuga, *Mart. part.* 1. d
claus. clau. 18.

Si Reus præveniat per viam ord

na-

nariam, utrùm possit impedire viam summariam? Nega; Nè sit in debitoris facultate eludere creditorem, impediendo calumniosè viam summariam: *Bald. vol. 1. cons.* 261. *Giurb. decis.* 100. *Cancer. par.* 2. *var. cap.* 3. *nu.* 19.

An electa via ordinaria, possit deindè deveniri ad viam summariam? Nega, *l. si quis, l. cum, qui, ff. de ver. obligat.* Nam ex duabus viis eligens unam, censetur alteri renunciasse, *l. si mulier*, 21. §. *fin. ff. quod met. cau. l. si creditores, ff. de separa.* ibi; *ei, quod semèl post haluerunt stare debent. Capyc. dec.* 33.

Quando intentans viam ordinariam, possit ab illa recedere, & ingredi viam summariam? Respondè, in multis. Primò, si Reus fuit contumax, & id in pœnam contumaciæ. *Gutierez. lib.* 3. *practicar. cap.* 3. II. Si reservata sit in libello potestas agendi summariè. *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 29. *qu.* 17. III. Si adsit pactum in instrumento, ut possit creditor variare, *Sacc. l. c.* Tandèm, si actio hypothecaria

intentetur à creditore per viam ordinariam, contrà tertium poſſeſſorem tantùm, tunc actor agere poteſt via ſummaria, contrà principalem debitorem, nam hoc judicium novum cenſetur. *Buratt. dec.* 574.

An intentans viam ordinariam, refectis expenſis, poſſit incipere viam ſummariam? Nega, lite tamèn conteſtata. Nemo enim poteſt recedere ab obligatione, altera parte invita. Sed per conteſtationem litis jam orta eſt obligatio. Ergò, ab ea recedere nequit, altera parte reluctante, etiam expenſis refectis. *Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 14.

Cauſa furti eſt cauſa miſta, ut dictũ eſt; Hinc, criminali actione electa, nequit quis civilem intentare actionem, durante cauſa criminali, *l.* 1. §. *hoc edicto, ff. de vi bon. rapto. l. interdùm, ff. de publ. judic. Theſaur. deciſ.* 18. *Muſcatell. in prax. lib.* 1. *part.* 3. *gloſ. Actorem, num.* 36. Si Actor inſtituat actionem civilem, vigore inſtrumenti,

ti ; & Reus poſteà deducat in criminalibus actionem de falſo inſtrumento , tùnc de *jure comuni* , ſuperſedetur in cauſa civili , viſo exitu cauſæ criminalis ; Ex ratione præjudicii, *l.* 3. *Cod. de ord. judic.* Secùs *de jure Regni, per Pragm.* 2. *de falſis*: nam in Regno per *Conſt. incip. Exceptione filiationis*, præjudicialia ſublata ſunt. Enim verò poſt jus comune (ad ſummum) crevit litigantium malitia ; Et lites hoc caſu redderentur , ſine dubio, immortales . Cauſæ præjudiciales ſunt; Cauſæ ſervitutis, ingenuitatis, & filiationis . *Gratian. forenſ. cap.* 394. *num.* 25. *Miſtrill. deciſ.* 240. Reus à duobus accuſatus de duplici delicto , tùnc prior cauſa eſt decidenda, ratione præventionis, *l.* 2. *ff. de privat. delict.*

CAUSA IN S. R. C.

INcipit à ſupplicatione , & in M.C. Vicariæ, aliiſque Tribunalibus inferioribus ejuſdem à Comparatione ; nàm Tribunalia

inferiora regulantur juxtà Praxim M. C. quia Tribunal hoc dicitur *Luminare majus*, respectù Tribunalium inferiorum hujus Regni. Et à Bove majori discit arare minor.

Supplicatio postèà *cum signo* porrigitur ab Actore Spectab. Præsidi S.C. nomine Cesareæ, & Catholicæ Majestatis invictissimi Caroli tertii, semper Augusti, ideoquè dicta Supplicatio *incipit Sacræ Regiæ Majestati.* Supplicat humilitèr M.V. talis de tale dicens, qualiter in anno, &c. Leggitur Supplicatio prædicta dicto Præsidi ab uno ex quatuor magistris actorum hæbdomadæ S. C., qui Præses committit causam uni ex Regiis Consiliariis sibi meliùs viso, qui Consiliarius vigore dictæ Commissionis appellatur postèà Commissarius causæ.

Postèà; præsentatur supplicatio Comissario, qui jubet Scribæ causæ, ut faciat contra supplicata; *hoc est*, ut dicta supplicatio *intimetur Reo*; adhoc, ut compareat; si ha-

habeat quid opponere valeat adversùs ſupplicata. *Advertite*, quod in dicta contra ſupplicata *inſeritur tenor ſupplicationis, & commiſſionis*, quando eſt notificanda in partibus, ſed quando eſt intimanda in Civitate hac, tunc contra ſupplicata *poteſt fieri in dorsũ ſupplicationis, & commiſſionis.* Et hoc, ut in *proceſſu* conſtet de judice legitimo: Nam Regius Conſiliarius, tanquàm Judex delegatus, ſine commisſione, nullam haberet juriſdictionem, nec valeret contrà ſupplicata expedire; Et ità *Praxis obſervat*, & eſt etiam de jure *Comuni, per text. in leg.* 1. *ff. de edendo. Commiſſio intelligitur facta juxtà petitionem*, ſcilicèt ſummariè, ſimplicitèr, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, & ſine figura, & ſtrepitu judicii. Sunt iſti, termini Synonimi, idem ſignificantes.

Dicta ſupplicatio cum contra ſupplicata, & commisſione cauſæ eſt *intimanda Reo perſonalitèr*, & non domi ſolitæ habitationis; Et ità in

Pra- Pra--

Praxi *recepta est Pragmatica 2. sub tit. de ordine judicior.* ubi dispositum invenitur, quod notificatio fieri valet personalitèr, vel domi; verba Pragmaticæ sunt; *Quilibet agere volens adversarium citare faciat personalitèr, vel ad habitationis domum*, per citatorias litteras. Intellectus enim Pragmaticæ præfatæ est, vz. *Personalitèr* in prima citatione: *Domi*, aùt personalitèr in aliis subsequentibus citationibus. Et *consilium* est semper dare copiam ad intimandum, nè protrahatur lis, dando originalem ad notificandum; per dilationem restitutionis citationis faciendæ Porterio. Reus citatus, potest constituere procuratorem cum replicatione, vz. *N. N. fà istanza notificarsi il magnific. Dottor D. D. suo procuratore, il quale con la presente replica costituisce, etiàm cum juramento, altrimente si protesta di nullità*, intimato hoggi li, &c.

Similitèr constituere *valet* procuratorem per *epistolam*, aùt per publi-

blicum *instrumentum*, vel *apud acta causæ*. Verùm si Reus *absens erit* à loco judicii, tunc coggitur, ut constituat in judicio ejus procuratorem, instructum, & matriculatum, Neapoli degentem, aliàs proceditur contrà reum in contumaciam.

Procuratore in termino citationis constituto, tùnc contrà supplicata est notificanda Procuratori in actis constituto, qui replicabit; *Procurator Talis de Tale opponit parti adversæ omnes exceptiones dilatorias, & peremptorias in forma; carentiæ, & incompetentiæ actionis, defectus juris agendi, legitimationis personæ, exhibitionis scripturarum in libello mentionatarum, quibus non adimpletis, instat ad actum aliquem non procedi, aliàs de nullitate protestatur, salvis omnibus aliis, &c. Formula relationis Porterii S. C. erit.* Giosseppe Dati Portiero del S.C. refero havere notificato N.M. personalitèr, e lasciatoli nota della Banca.

Erit Erit

Erit consilium *ponere* semper *in replicatione* diem, mensem; & annũ notificationis, nè Porterius faciat relationem cum antidata, in præjudicium Rei.

Advertite primò, quod *exceptio legitimationis* Personæ opponitur sẽper, ac Actor uti hæres, aùt donatarius, vel cessionarius, aùt legatarius, &c. comparet, *leg. si quamvis, ff. de testam. Rit. M. C.* incipit. *Exceptione filiationis*: secundò quod *exceptio exhibitionis* scripturarum opponitur, quando in libello fit mentio scripturarum, & illæ non sunt in actis præsentatæ. Tertiò, quod per intimationem inducitur *pendentia litis*, ità ut ex tùnc nihil innovandum sit, coram alio Judice, & omnia forsàn innovata reduci (tunc) debent ad pristinum, uti actentata, ex dispositione juris; lite pendente nihil innovandum. *Conf. Matthæus de Afflictis, decis. S. C. 220. num. 3.*

CAP.

CAP. XXXVIII.

De Causa Ordinaria Assistentiæ in S.C.

LOcus signi. S. R. M. *Supplicat humilitèr M.V. Doctor Cyriacus leggiadri Civitatis Ariani dicens, qualitèr in anno* 1708. *die verò* 2. *mensis Januarii Dominicum Luciano vendidisse supplicanti annuos duc.* 30. *pro capitali pretioduc.* 600. *ad rationem duc. quinque pro quolibet centenario, cum clausula constituti, & precarii, cum pacto de capiendo propria authoritate, aliisque pactis, & hypothecis rerum stabilium, ut ex instrumento manu publici Notarii, quod in promptu producit; Et quia factus est casus rescissionis prædicti contractus, ob non solutionem annuorum introituum à dict. anno* 1708 *usque ad præsentem diem. Intendens propterea supplicans de suis juribus experiri in vestro S.C. & rescisso priùs contractu, condemnari*

ri facere dictum Dominicum ad solutionem dictorum ducatorum 600. capitalis, unà cum aliis ducatis 150. tertiarum decursarum; Et pro eisdem quantitatibus assistentiam sibi præstari, super infrascripta domo, in specie obligata, cum facultate adjudicandi, vel vendendi in forma. Idcircò recurrit ad M. V. eique supplicat causam prædictam, unà cum omnibus annexis, connexis, emergentibus, & dependentibus ex ea committere uni ex vestris Consiariis M.V. meliùs viso, qui in prædictis, & circà prædicta omnia, jus, & justitiam supplicanti ministret summariè, simplicitèr & de plano, sola facti veritate inspecta, ac sine strepitu, & figura judicii, cum facultate inhibendi Vestram M. C. & ità supplicat, præmissa protestatione expensarum, salvis omnibus aliis, &c. omni modo meliori, &c.

Supplicatio prædicta est subscribenda in dorsùm ab aliquo Doctore, servata forma dispositionis Regiæ Pragmaticæ, *vz. Doctor Lugdo-*

dovicus Paterno) Regia decretatio Spectab. Præsidis S.C. erit: *magnificus V.J.D.D. Philippus Caravita Regius Consiliarius, supplicata recognoscat, partes audiat, provideat, & in S.C. referat. De Aguirre Regens, & Præsidens.* Provisum Neap. *die* 15. *mensis Februarii* 1714. » Hic ad presens est meritissimus Præses S.R.C. Vir doctissimus, & in Sacro Supremo Aragonum Consilio Regens dignissimus.

Bona super quibus petitur assistentia sunt, vz. *Una Casa, consistente in uno intrato coverto, con quattro appartamenti, astrico à Cielo, con una Taverna à pontone, & un basso con forno, & altre commodità, sita, e posta in questa Città nella Giodega grande, & propriè nel largo della Porta piccola di S. Biaso de Taffettanarj, via publica, & altri confini, quale fù, & al presente è in bonis, & de bonis del detto Domenico Luciano debitore.*

Contrà supplicata in dorsùm supplicationis erit) *De Mandato Regio*

gio. Ex Provisione facta per Militẽ V.J.D.D. Philippum Caravità, Regium Consiliarium, & causæ Commissarii, ad instantiam retroscripti Supplicãtis, sivè &c. Regiis Porteriis S. R. C. insolidum præsentem retroscriptam supplicationem, omniaque in ea contenta intimetis, & notificetis infrascripto ex adverso principali, quatenùs prima die juridica, cum sequentibus compareat, coram præfato Domino causæ Commissario, ad dicendum, quæ volverit contrà, & adversùs supplicata, & quarè ea fieri, & exequi non debeant, aliàs, &c. Datum Neap. die, &c. Palermus. Procuratio Actoris penès acta causæ erit.

Die, &c. Constitutus pœnes acta S.C. Magnificus V. J. D. Cyriacus Leggiadri, qui sponte &c. in hac causa tantùm constituit ejus procuratorem magnificum Doctorem Stephanũ de Joanne præsentem, & acceptantem, & promisit habere ratũ, &c. renũciavit, & juravit. Palermus. Ego Cyriacus Leggiadri constituo, ut suprà. *Diximus in*

pro-

procuratione præsentem, & acceptantem, quia hoc casu Procurator nequit postea renunciare procurationi, per acceptationem mandati. Si *Procurator fuerit absens* tempore procurationis, tùnc dicitur à Scriba in procuratione, vg. *constituit Procuratorem N.N. absentem, tanquàm præsentem*, & hoc casu, Procurator in prima notificatione poterit renunciare Mandato; vg. *N.N. non intendit intervenire, & ex officio instat notificari ejus principalem, aliàs de nullitate dicit, & protestatur.* Et iterùm notificandus est Reus, qui si alium constituerit Procuratorem; *tùnc erit notificandus.* Replicatio Rei, notificata ei contrà supplicata erit. *Dominicus Lucianus instat notificari magnificum Doctorem Carolum Rutolo suum Procuratorem*, quem cum præsenti constituit, etiam cum juramẽto, aliàs de nullitate protestatur. Notificatus, &c. Hæc dicitur procuratio *per replicationem*, ut dictum est, Postea fit relatio à Porterio.

Re- Re-

Replicatio Procuratoris Rei conventi erit, vz. *Doctor Rutulus Procurator Dominici Luciani opponit parti adversæ omnes exceptiones dilatorias, & peremptorias in forma, &c. ut suprà dictum est.*

Cautio expensarum actoris erit. *In causa, &c. Die, &c. Constitus pænes acta S. C. & præsentis causæ V. J. D. Stefanus de Joanne, laicus, & sine patre, ut dixit, qui sponte, ex promittendo, & fidejubendo nomine, & prò parte magnifici Cyriaci Leggiadri ejus principalis, promisit, & se obligavit reficere parti adversæ omnes, & quascumque expensas in præsenti causa erogatas, seù erogandas in casu succumbentiæ, & proindè obligavit se, hæredes, & successores, bona omnia, &c. præsentia, & futura, &c. ad pœnam dupli, &c. medietate, &c. cum potestate, &c. Et sic cum juramento renunciavit, & juravit, &c.* Ego Doctor Stephanus de Joanne fidejubeo, ut suprà. Palermus.

Hæc dicitur *Cautio expẽsarũ per viã expromissionis, scil. obligatur procura-*

rator nomine principalis, & uti fidejussor. Quãdo principalis obligatur, & alius fidejubet, tunc dicitur *Simplex cautio expensarum*, nàm fidejussor est, qui obligatur principali debitore non solvente.

His peractis, datur à Judice *terminus in causa*, stantibus adimpletis, hoc est stante procuratore constituto, & stante etiam cautione expensarum præstita. *Formula decreti termini erit. In causa, &c. Die, &c. fuit in præsenti causa datus terminus dierum quatuor utrique parti ad probandum eorum incumbentia, stantibus adimpletis, hoc suum, & Intimetur.* Caravita. Palermus.

Dicitur in decreto *dierum quatuor*, quia hodiè terminus est Judici arbitrarius. In calce termini dicitur ab actore, v3. *Actor offert deponere*; Vel *Actor offert ejus depositionem, & protestatur de expensis*. Procurator Rei replicabit. *Rutulus acceptat oblatam depositionem, recipiendam per non suspectum*. Electio Examinatoris in

S.C.fit per buſſulã) *Die,&c. Neap. præſens cauſa tetigit per ſortem Regio Examinatori Averſa,ſervata forma Buſſulæ. Pollaſtro Segretarius. Acampora Hebdomadarius.* Dixi in S. C. *nam in M.C.,& in alijs Tribunalibus electio Examinatoris fit à Comiſſario cauſæ:at in S. C. fit per Buſſulam* virtute diſpoſitionis Regiarum Pragmaticarum , ſuprà enũciatarum . Et olim etiam in S.C.eligebãtur Examinator à cauſæ Commiſſario , *ut leggitur in dict. Regijs Pragmaticis* . Segretarius ſupradictus , eſt Segretatius Præſidentis S.R.C. Hebdomadarius eſt ũnus ex Examinatoribus S.C.hebdomadæ, cui ſolvuntur grana quinque , prò buſſula facienda.

Fit poſteà *citatio teſtium*, ſequentibus verbis . *De Mandato Regio. Ex proviſione facta per Militem, &c.ad inſtantiam,&c.ſivè,&c.Per unum ex Regiis Porteriis S.C.citentur,& requirãtur ſubſcripti teſtes,quatenùs ſub pœna unc. auri 25.Fiſco Regio,&c. comparere debeant*

beant coram Examinatore S. C. in præsenti causa electo, dicturi, & deposituri testimonium veritatis super his, de quibus interrogati fuerint, super articulis præsentatis in causa vertente inter N. N. ex una, & M. M. ex altera, aliàs, &c. Et insuper citetur pars adversa ad videndum juramenta testium. Datum Neap. die, &c. Palermus. Nomina testium sunt, v3. N.N. & D. D. non subscribitur citatio hæc à Comissario causæ. Et ità dictum ex nũc sit vobis, in omnibus actibus, in quibus in præsenti judicio *non observatur* subscriptio Comissarij causæ.

Ab Examinare electo fit *requisitoria*, v3.) *Requiratur pars adversa, quatenùs prima die juridica, cum sequentibus comparere debeat coram subscripto Examinare electo ad videndum juramenta testium examinandorum, quoniam intendit procedere ad receptionem dictorum testium, aliàs, &c. Neap. die, &c.* Aversa Examinator S.C. Procurator Rei replicabit dictæ Ci-

tationi,& Requiſitoriæ, v3. *Rutulus procurator Dominici Luciani.proteſtatur contrà ſupradictos teſtes*,numero duorum,dicta,& dicenda per eos,inſtando non recipi affines,&c.ut dictum eſt ſuprà.Inſtando requiri ejus principalem ad videndum juramenta teſtium, aliàs,&c. Die, &c. Nap. Antonio Sallo Portiero del S.C. hò notificato il Magn. Carlo Rutolo perſonalitèr. *Principalis notificatus replicabit*,v3.*Dominicus Luciano inſtat audiri tempore receptionis teſtium*, ſtatuta die, & hora, aliàs de nullitate dicit, & proteſtatur. Notificatus,&c Die,&c.Gio:Galluccio portiero del S.C.hò notificato li ſopradetti teſtimonij, numero due perſonalitèr. Et anche il Magnif.Domenico Luciano ſimilmente perſonalitèr.

Articuli Actoris erunt. *Super quibus examinandi ſunt teſtes ad inſtantiam Cyriaci Leggiadri,Civitatis Ariani,in cauſa in S.C. vertente inter dictum C.L.ex una,& magnificum Dominicum Luciano*

ex

ex altera, ſupèr deductis, ut ex actis, non ſe adſtringens, &c. deducens, &c. omni modo meliori, &c.

1 *In primis intende provare, come nell' anno 1700. ſotto la data de' 25. Febraro il Magnifico Domenico Luciano ſè vendita à beneficio di d. Cirieco articolante d'ann. doc. 30. per capitale prezzo di docati ſeicento, à ragione di docati cinque per cento, mediante iſtromento, rogato per mano di Notar Pietro d'Amelio di Napoli, con il patto eſequtivo, e reſciſſorio in forma, come dal detto iſtromento, in actis preſentato, al quale, &c. quod eſt verum, &c.*

2 Itèm, &c. *come dal detto anno 1700. ſino la preſente giornata il ſudetto, &c. benche più, e più volte richieſto, non hà mai pagato annualità alcuna, per cauſa di detto capitale di docati 600. à beneficio di eſſo articolante, quod eſt verum, &c.*

3 Itèm incende provare, *come ſtante il pagamento, e ſodisfatione non ſeguita di detta annualità; E' già fatto il caſo della reſciſſione del*

detto contratto, quod eſt, &c.

Itèm, *come la Caſa, &c. conſiſtente, &c. ſita, &c. nell'anno* 1700. *à* 25. *del meſe di Gennaro era in bonis, & de bonis di detto Magnifico Domenico Luciano debitore, & al preſente ſi tiene, e poſſiede dal medeſimo, pacificè, & quietè, con eſigerſi tutti li piggioni di quella, con affittarla, come vero Signore, e Padrone, quod eſt verum, &c.*

Itèm hac, & alia, &c. Itèm cum poteſtate, &c. hoc eſt addendi, vel minuendi. Itèm omni modo meliori, &c.

Productis teſtibus coram Examinatore, illisquè examinatis, fit ad inſtantiam Actoris actus *ad publicandum*, ſequenti modo, vz.

De mandato Regio, &c. Ex Proviſione facta per militem, &c. ad inſtantiam magniſici Cyriaci leggiadri, ſivè, &c loc eſt ſivè alterius ejus nomine, ſcilicèt Procucatoris) Per unum ex Regijs Porterijs S. C. citetur, & requiratur ſubſcriptus ex adverſo Procurator, quatenùs prima die juridica cum ſequen-

quentium continuatione legitimè comparere debeat coram præfato Domino cauſæ Comiſſario in ejus domo, & in S.C. proceſſurus ad ulteriora, aliàs ad publicandum, in cauſa in dicto S. C. vertente inter dictum, &c. ex una, & Dominicum Lucianum ex altera, ſuper deductis, ut ex actis, aliàs, &c. Datum Neap. die, &c. Palermus. Replicatio procuratoris Rei erit, vz. *Procurator Magnifici Dominici Luciani, viſo examine reſervat ſibi repulſam*, notificatus, &c. Porterij relatio *Die, &c. in Nap. Felice Palumbo Portiero del S. C. hò notificato il Magnifico, &c. perſonalitèr.* Dicitur in replicatione, viſo priùs examine, nam terminus dierum octo conceſſus ad petendam repulſam currit, viſo priùs examine, ſcilicèt *didicitis atteſtationibus*, ſivè depoſitionibus teſtium; ut ſuprà diximus.

Elapſo biduo, fit *Publicatio in cauſa*, vz. *Die, &c. Neap. Per Dominum Militem, &c. Viſis actis, fuit in præſenti cauſa facta publicatio,*

cum termino juris, in forma S. C. hoc ſuum, & intimetur. Caravita. Palermus. Dicitur *cum termino juris*, ſcilicèt cum termino dierum duorum; & hic eſt terminus juris in praxi S.C. Replicatio Procuratoris Rei erit, *Doctor N. N. viſo examine, iterùm reſervat ſibi repulſam, notificatus hac die* 10. *Februarij* 1714.

Alio biduo elapſo, fit actus ad Concludendum in cauſa. *Ex proviſione facta, &c. ad inſtantiam, &c. ſivè, &c. Per unum ex Regijs Porterijs S. C. citetur, & requiratur ſubſcriptus ex adverſo procurator, quatenùs prima die juridica cum ſequentibus comparere debeat coram præfato Domino cauſæ Comiſſario in ejus domo, & in S. C. proceſſurus ad ulteriora (hoc eſt pro compilatione termini) aliàs ad concludendum, in cauſa in S.C. vertente inter, &c. ex una, & Dominicum Lucianum ex altera, ſuper deductis in actis, aliàs, &c. Neap. die, &c. Palermus. Doct. N. reſervat jura*, notificatus hac die, &c.

&c. Posteà *biduo elapso*, fit *Conclusio* in causa, hoc modo; *Die, &c. Per, &c. visis actis, fuit in præsenti causa facta conclusio, & habitum pro concluso in forma S.C. hoc suum, & intimetur. Caravita. Palermus. Doctor, &c. reservat jura, notificatus, &c. Die* 20. *Februarij* 1714. *in Napoli Michele Sessa Portiero del S. C. hò notificato il magnifico, &c. personalitèr.*

Tandèm, alio biduo elapso fit *Monitio* super expeditione causæ, seù citatio ad sententiam, seù Monitio ad dicendum, & ad informandum in jure, & in facto, vz.

Quoniam Miles V.J. Doct. D. Philippus Caravita, Regius Consiliarius, & causæ Commissarius intendit præsentem causam, justitia mediante, expedire, & in S.C. referre, ideò moneantur partes, quatenùs prima die juridica, cũ sequentibus comparere debeant coram præfato Domino Causæ Comissario in ejus domo, hora audientiæ, & in S.C. hora causarum, ad dicendum quæ voluerint, aliàs, &c. Neap.

die, &c. Doctor, &c. inſtat prò actis. Fit poſteà relatio Porterij. Actis *ab utraque Parte percontatis, aſportatur Proceſſus* à ſcriba cauſæ Domino cauſæ Comiſſario pro illius expeditione. *Cauſa* poſteà relata in S. C. ſi eidem *juſtè* videbitur, promulgabit Sententiam Aſſiſtentiæ, ad beneficium Actoris, ſequenti modo. *In Dei nomine, Amen. Carolus III. Dei Gratia Rex, &c.* Viſa ſupplicatione Majeſtati noſtræ, Noſtroquè S.C. oblata, prò parte Cyriaci leggiadri contrà Dominicum Luciano, cujus tenor talis eſt, *S. R. M. Viſis deniquè videndis, &c.* Per hanc noſtram definitivam Sentẽtiam *dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus*; *Contractum annuorum ducatorum triginta, prò capitali pretio ducatorum ſexcentum, in actis deductum, reſcindi petitum, reſcindendum eſſe, & reſcindi debere, prò ut præſenti noſtra diffinitiva ſententia reſcindimus, reſcindi volumus, & mandamus*; Et proindè

præ-

prædictum Dominicum Lucianum conventum, *condemnandam eſſe, & condemnari debere, prò ut præſenti noſtra diffinitiva ſententia condemnamus, condemnari volumus, & mandamus ad dandum, ſolvendum, & aſſignandum dicto Cyriaco prædictum capitale ducatorum ſexcentum, unà cum tertijs decurſis, uſquè ad diem litis conteſtatæ, & illarum intereſſe uſquè ad integralem ſatisfactionem tertiarum, liquidandis omnibus tempore exequutionis præſentis noſtræ definitivæ ſententiæ*; Prò quibus quantitatibus *aſſiſtentiam petitam prò parte dicti Cyriaci leggiadro eſſe eidem præſtandam, & præſtari debere, prò ut præſenti noſtra definitiva ſententia præſtamus, præſtari volumus, & mandamus ſuper Domo, in judicio deducta, cum adiudicatione, & facultate vendendi in forma.* Verùm ſi dictus Dominicus Luciano *ſolverit tertias petitas, & hùc uſque decurſas, ſuperſedeatur in exequutione præſentis noſtræ definitivæ*

ſententiæ prò Capitali. Caravita. Hanc eandem, &c. Lecta, lata, &c. die, menſe, & anno. N. Actorum Magiſter.

Ex formula hujus *ſententiæ habes*, quod ſententia S.C. continere debet invocationem Divini nominis. Nomen Regium. Nomina litigantium. Mentionem primæ petitionis, & tandèm ſubſcriptionem Comiſſarij cauſæ. *Verallus, dec.* 139. *part.* 3. Dixi, *invocationem Divini nominis*, nàm tractatur de deciſione cauſæ, adeòque recurrendum eſt Divino auxilio, ad hoc ut Judex ſententiet (*juſtitia mediante*) condemnando, vel abſolvendo reum conventum. Et in rebus omnibus eſt implorandum divinum auxilium, præſertim in ſententia proferenda, ut *diximus in anno* 1708. *in proœmio inſt. civ. pag. prima.* Dixi, nomen Regium, quia S.C. profert ſententiam nomine Regis.

Dixi *nomina litigantium*, nàm per ſententiam imponitur finis litis, ideoquè facienda eſt mentio liti-

gan-

gantium, ſcilicèt Actoris, & Rei. Dixi, *mentionem primæ pétionis*, quia ſententia debet eſſe uniformis libello de jure communi, *l. ut fundus ff. communi dividundo*, *Affictus*, *dec.* 95. *Caravit. rit.* 288. Dixi, *ſubſcriptionem Comiſſarij cauſæ*, nam talis ſubſcriptio authenticat ſententiam. *Verallus*, *dicta dec.* 139. cujus occaſione tantispèr agamus.

DE ASSISTENTIA.

Aſſiſtentia eſt aſſociatio Curiæ petita, & implorata, ad evitandas rixas; Et pro rixis evitandis fuit (ex neceſſitate) inventum judicium, ut dictum eſt, & *diximus etiam*, *in anno* 1688. *in prax. civ. pag.* 2. *n.* 4. *per tex. in l. nullus*, *cod. de judicijs*. *Ex dictis adverte*, quod quatuor copulativè requiruntur ad obtinendam Aſſiſtentiam; primò pactum de *capiendo* propria authoritate, ſecundò *hypotheca*, ſeù obligatio bonorum ſtabilium, tertiò *conſtitutum*, & *precarium*, quartò

inſtrumentum in forma probante. Pragm. 1. de aſſiſtentia. ibi: *Aſſiſtentiam, contra tertium poſſeſſorem pro exequutione inſtrumenti continentis obligationem bonorũ, pactum de capiendo, cum conſtitutione precarij peti poſſe, & per Judicem cõcedi, abſquè aliqua bonorum diſcuſſione contrà principalem facta, alijs concurrentibus, quæ de jure neceſſaria ſunt in aſſiſtentia, vel hypothecaria cauſa, declaramus.*

Animadverſiones. Qui aſſiſtentiam petit (rigorosè) non agit; ſed implorat, ut diximus, authoritatem judicis, ſeù implorationem Curiæ; Et hoc per dictum pactum *de capiendo* propria authoritate, *Rovit. in cit. prag. 1. de aſſiſtentia.*

Judex tanquàm *miſtus Exequutor* debet cognoſcere cauſam, circà requiſita neceſſaria in aſſiſtentia dumtaxàt. *Alderiſius, de aſſiſtentia, quæſt. 2.*

Requiritur (ex uſu) *citatio* in petitione Aſſiſtentiæ, *Anna, ſingulari* 269. Aſſiſtentia peti valet, ut dictum eſt, ad finem *vendendi*, vel

adiu-

adiudicandi in forma. Et *adiudicatio* fit præcedente appretio, & *juxtà* appretium. Et in venditione ſub haſta Curiæ ſexta pars pretij *appretiati* tãtùm deducitur in beneficium emptoris, offerentis in accenſione candelæ, in aula. *Rov. l.c.nu.37.*

Creditor principalis, & ejus *hæres*, ac etiam *ceſſionarius* petere poſſunt Aſſiſtentiam, contrà principalem debitorem, ejusque hæredem, & contrà *tertium* poſſeſſorem rei; Qui tertius poſſeſſor excipere valet de *melioratione bus* factis. Nemo enim *locupletari* debet *cum aliena jactura*. *Sanſelic. dec.* 115. *De Ponte, dec.3.num.33.*

Demùm adverte, quod debitor principalis *non habet jus offerendi*, ſequuta adiudicatione, quià res tunc non eſt integra. *Carlevalius, lib.1. de judicijs, par.2.tit.3.q.23. Cujus occaſione agamus.*

CAP.

CAP. XXXIX.

De Pactis.

PActum à pactione, vel à pace dictum; nam paciſci eſt actus cõcordiæ, *l. pactum, ff. de pact.* ibi; *pactum autèm à pactione dicitur, undè etiam pacis nomen appellatum eſt, C. 1. de pact.* ibi; *ſervetur pax*; hinc dicimus; pacta ſervanda, *l. 3. ff. eod.* Definitur; Eſt plurium conſenſus in idem placitum, obligans, *cit. leg. 1.* ibi; *Eſt pactio duorum, pluriumvè in idem placitum obligans.* Et conſenſus eſſe poteſt ſpõtaneus, verùm etiam non ſpontaneus, ſecundùm *glo. in d. l. 1. per text. in l. ſi mulier, ff. quod met. cau.* Pactum obligat; nam quod ſemèl placuit, ampliùs diſplicere non poteſt, *cit. Cap. 1. de pact.*

Differt pactum à contractu, quia pactũ eſt genus latiùs patens, quam contractus, qui eſt ſpecies obligationis, puta contractus locationis, & conductionis, &c. Genus latiùs

pa-

patens, e.g. *Animal. Homo. Petrus.* Conventio verò, seù Pactio magis latè patet, quàm pactum, *cit. l.* 1. ibi; *Conventionis nomen generale est.* Pactum in omnibus contractibus. Contractus verò est species obligationis.

Differt pactum à promissione; Etenim, promissio haberi valet sine pacto. Differt denique pactum à pollicitatione; nam pollicitatio est solius offerentis promissio, *l.* 3. *ff. de pollicitat.* ibi; *pollicitatio est promissum solius offerentis.* Et pollicitatio, si est cum causa obligat, *l.* 1. §. *non semper, ff. eod.* ibi; *sciendum est, si quidèm ob honorem promiserit, decretum sibi, vel decernendum, vel ob aliam justam causam, tenebitur ex pollicitatione, l.* 6. *ff. eod. tit.* ibi; *si quid ob honores pollicitatæ sunt, debere implere sciendum est, & ità rescripto Imperatoris nostri continetur.*

Pactum, aliud informativum, aliud reformativum, & aliud transformativum. Primum, dat formam qualificativã actui, ratione cujus actus

actus principalis magis ſe extendit, juxtà illud; *forma dat eſſe rei, l.* 13. *Cod. de pact.* ibi; *in bonæ fidei contractibus, ità demùm ex pacto actio competit, ſi fiat incontinenti; nam quod poſteà placuit, id non petitionem, ſed exceptionem parit.*

II. Pactum eſt, quando retenta eadem ſpecie contractus aliquid illius moderatur, *l.* 7. §. *adeò, ff. de pact.* ibi: *Si igitùr in totum poteſt, cur non, & pars ejus pactione mutari poteſt.*

III. Eſt pactum mutans obligationem ex una in aliam, *l. æquiſſimũ, §. prædictum, ff. de uſufru.* e.g. *Niſi debeo, quod ſolvo, eo caſu, dono, &c.*

Inſupèr pactum, aliud eſt perſonaliſſimum, aliud perſonale, & aliud reale, *l.* 7. §. *pactorum, ff. de pact.* Perſonaliſſimum indigitatur per dictionem taxativam; *tantùm*; Et non egreditur perſonam paciſcentis, *l.* 25. *ff. eod.* ibi, *ad aliũm non pertinere, quemadmodùm, nec ad hæredem.*

Perſonale eſt, quod afficit *perſonam, eamquè ſequitur*, & tranſit ad hæ-

re-

* redes, & ſucceſſores, ut *promitto non petere à te, l.* 18. *§. pactum, ff. de pactis.* Reale eſt, quod afficit rem, eamquè ſequitur, & cum *re tranſit ad ſingularem ſucceſſorem*, v. g. *Promitto tibi aliquid daturum, vel facturum, leg. etiam, ff. de jur. jurando, l.* 7. *&* 27. *ff. de pactis.*

Pactum, *aliud utile*, *aliud inutile.* Vtile *habet eſſe*, adeòq; *parit* actionem, aût exceptionem. Inutile caret eſſe, adeoquè non parit actionem, nec exceptionem, *l.* 7. *Cod. de pactis*; ibi: *pacta, quæ circà leges, vel contrà bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati juris eſt.*

Prætereà pactum dividitur in pactum *publicum, & privatum.* Publicum eſt de re publica, puta de Pace inter Reges. Privatum fit à perſona privata, *l.* 6. *ff. de pactis.*

Datur etiam *pactum de retrovendendo*; Et eſt pactum redimendi, ſeù de novo vendendi rem venditam ab emptore eidem venditori, eodem pretio, *l.* 2. *Cod. de pactis*; ibi: *Si fundum Parentes tui ea lege ven-*

vendiderunt, ut emptori pretium obtuliſſent, reſtitueretur res, &c. Et hoc pactum *ſubdividitur in quandocumquè, & ad certum tempus, cit. l. 2. Cod. de pactis. Bal. in Cap. 1. tit. de feud. dato, &c. Jaſon, conſ. 753. lib. 4. Urſill. ad A. dec. 65.*

Dividitur inſuper pactum in *contractum, & diſtractum*. Primum *eſt pactum ex ſe productivum actionis*; aut exceptionis. Secundùm eſt pactum *ex ſe* productivum *obligationis deſtructivæ*, præexiſtentis alterius obligationis, *leg. 7. ff. de pactis.*

Datur denique pactum *nudum*, & pactum *veſtitum*. *Nudum eſt pactum productivum exceptionis per ſe.* Hinc, *ſolutum* ex pacto nudo, non repetitur, vi exceptionis ex pacto nudo circà ſolventem. Pactum *verò veſtitum eſt productivum exceptionis, & actionis, leg. 21. Cod. de pactis.*

In contractu emptionis; pactum de retrovendendo *quandocumquè* durat uſquè ad 20. annũ, ſecundùm *Aſſl. de jure prothom. §. 3. nu. 20. &*

Ange.

Ange. conſ. 55. Nam dictio, quandocumque, ſecundum eoſdem non excludit præſcriptionem 30. annorum. Valdè minor de hac ratione, quia ſi verbum (quandocumquè) 30. annorum præſcriptionem non excluderet ; Cur Doctores prædicti dicunt durare uſquè ad annum vigeſimum, & non ad annum 29. qui annus nec excluderet præſcriptionem annorum 30. Suſtinemus, cum *Reg. de Marin. ad Revert. dec.* 573. quod dictum pactum de retrovendendo appoſitum, abſq; temporis præfinitione non præſcribitur ſpatio annorum 30. ſed tempus remittitur arbitrio prudentis judicis. Nam dictio illa, quandocumquè debet aliquid operari, per *text. in l.* 2. *Cod. de pact. inter* ; Et ità *deciſum per S. C. ait Novar. in prag.* 1. *de pact. de retrov.*

Volẽs ex dicto pacto rem redimere, tenetur deponere in publico bãco pretium, ſi pars oblationem pretij recuſet, *l. nec creditoris, Cod. de pignorat. action. l. acceptam, Cod. de uſuris, l.* 2. *Cod. de jur. emphyt.* Nec ob-

obſtat *text.in dict.l.2. Cod.de pact. inter* . Nam negatur (ibi) neceſſariam eſſe pretij depoſitionem,reluctante adverſario ; Et contrahentes in ea ſpecie pacti ſunt,ut quãdocumq; venditores pretium offerrent,fundus ei reſtitueretur.

Donans rem,cum pacto ; Nè res donata alienetur ; adhùc alienari valet,quià pactum illud afficit dumtaxàt perſonam; Secùs ſi ſuperaddatur;At ſi alienaveris,donatio ſit ipſo jure,ipſoquè facto irrita, nulla,& caſſa. *Giurb.dec.*79. *Viv.dec.* 471.*Cæpolla,cautela* 32.

Pactum inutile ; eſt pactum contrà bonos mores naturales,aùt civiles, *l.ex empto, ff. de act. empt.* Undè , inutile erit pactum continens dolum , aùt culpam futuram ; ſecùs dolum , aùt culpam præteritam. Enim verò in dolo,vel culpa præterìta intrat juris regula ; *Unusquisquè renunciari poteſt favori ſuo,l.quod nequè,ff.depo.*

Et turpitudo tribus contingit modis. I.ſi res promiſſa ſit mala,ut in rè furtiva,*l.ſi à reo,§.fin.ff.de fideuſ-*

ſo.

ſo. II. ſi turpitudo ſit ex parte recipientis promiſſionem, *l.* 7. *ff. de pact.* III. ſi turpitudo ſit ex parte interponentis ſe inter contrahentes, ut illos decipiat, *l. metum, §. ſed licet, ff. quod met. cau.* Attamèn in pari cauſa turpitudinis, melior eſt conditio poſſidentis, *l.* 8. *ff. ob turp. cau.*

Similitèr, inutile erit pactum ſine cauſa; cauſa namquè ſpecificat pactum, ſicuti finis ſpecificat actum, *C. ſi cautio, de fid. inſtru.* II. inutile erit pactum rei impoſſibilis, puta; promitto tibi mille, ſi digito Cœlum tangas, *l.* 145. *ff. de regu. jur.* III. inutile erit pactum à filio familias factum cum debitore patris, ſine conſenſu ejuſdem, *l.* 23. *Cod. de pact.* IV. inutile erit pactum inter debitores inſolidùm inhitum, ut unus debitor, non alter ſolvat creditori; Etenim res inter alios acta tertio non nocet, *l.* 2. *Cod. eo.*

Sed ſi creditor recipiat ab uno medietatẽ ſummæ debitæ, tunc tacitè cenſetur renunciaſſe obligatio-

ni

ni insolidùm, *l.liberam, Cod. de fideiuſſo. l. creditores, Cod. de pact. Theſaur.dec.*203.

Demùm,inutile erit pactum Judicis, promittentis Reo impunitatem, ſi delictum fateatur; Nam judex jus dicere debet ſecundùm juſtitiam, juxtà illud. *Diligite juſtitiam vos, qui judicatis Terram, l. quemadmodùm,Cod.de agri.& cenſi.lib.*11.

Pactum nudum eſt reciprocus conſenſus inhitus inter partes, volentes ſe ex juſtitia obligare, *l.*1.*Cod. de pact. conv.* Et ex tali pacto naſcitur naturalis obligatio, verùm etiam exceptio, *l. naturalis, ff. de præſcript.ver.l.ſticum,* §.*naturalis, ff.de ſolut.* Actio tamèn ex tali pacto, etiam in Regno non oritur; Etenim in Regno; Exceptio,quod tua non intereſt locum habet.Stipulatio firmat pactum nudum, & illi communicat actionem,*l.*5.*ff.de ver.oblig.*Pactum nudum aliquandò veſtitur aſſiſtentia legis; & tũc dicitur pactum legitimum, ut accidit in dote, *l.ad exactionem, Cod. de dot.promiſſ.*

Utrùm

Utrùm valeat pactum futuræ ſucceſſionis? Diſtinguas, vel eſt futura ſucceſſio certæ perſonæ, vel incertæ perſonæ. Si primum, nega. Nam tale pactum contineret votum captandæ mortis. Sed votum captandæ mortis eſt à jure reprobatum. Ergò, non valet pactum futuræ ſucceſſionis certæ perſonæ. *C. nè captandæ, de conceſſ. præben. in 6. Bolognet. in l. fin. Cod. de pact.* Si verò agatur de ſucceſſione incertæ perſonæ, affirma; quia ceſſat tunc finis prohibitionis, nimirùm; votum captandæ mortis, *l. cum tale, ff. de condit. & demon. l. 3. §. de illo, ff. pro ſoc.* ubi tenet ſocietas omnium bonorum præſentium, & futurorum. Sed in ſocietate omnium bonorom comprehenduntur futuræ ſucceſſiones. Ergò pactum futuræ ſucceſſionis incertæ perſonæ valet. *Bart. in l. ſtipulatio, ff. de ver. oblig. Gratian. forenſ. c. 692.*

Pacta ſolita apponi in inſtrumento, cenſentur appoſita, etſi non expreſſa. *Rov. in pragm. 1. de cenſi. de Marin. lib. 1. c. 281. Verde, lib. 3. inſti.*

*inſti.civ.lem.*23. Valet pactum, ut inſtrumentum liquidetur, ſi tertiæ non ſolvantur per tot annos, *l. ſi quis major*, *Cod. de tranſact. Maſtrill.dec.*95. Tandèm, pactum exequutivum præſcribitur per annos triginta, adeoquè in practica, poſt annos triginta datur terminus ordinarius in cauſa, illoque compilato, devenitur ad deciſionem cauſæ, prò ut de jure, *Capyc. latr.dec.*58.

CAP. XL.

De alijs Judicijs ordinarijs.

JUdicium devolutionis, & Reivindicationis ſunt ſimilitèr judicia ordinaria. *Formula* ſupplicationis judicij devolutionis in S. C. erit, v3. S. R. M. *Supplicat humilitèr N. N. dicens qualitèr in anno* 1679. *conceſſiſſe in emphyteuſim M. M. quodam territorium palmorum, &c. ſitũ, & poſitũ in hac Civitate extrà Januam Realem, in loco dicto Olimpiano, juxtà bona talis*

lis de tale, &c. ad rationem carulenorum, &c. pro quolibet palmo, qui M. M. promisit super eo construere ædificium domus pluriumappartamentorum, & se obligavit solvere ad beneficium supplicantis annuos ducatos 15. in fine maensis Augusti, intrantis anni 1680. & sic continuare in futurum, cum pactis emphyteuticis in forma, ut apparet ex publico instrumento, quod à supplicante producitur, super quo territorio dictus M. M. ædificavit quandam domum, consistentem in tribus appartamentis, cum quatuor bascijs suptùs, & intratu; Et quia ob non solutionem Canonum à dicta die promissionis, & obligationis prædictæ de jure factus est casus devolutionis domus prædictæ, cum dictis bascijs, intratu, ejusque integro statu ad supplicantis favorem: intendens propterea supplicans ipse, declarari facere per vestrum S. C. dict. domum, unà cum, &c. devolutam in beneficium supplicantis, & proindè condemnari facere præ-

dictum M. M. poſſeſſorem ad illam relaxandum in ejus favorem. Ideò recurrit ad M V. cui ſupplicat cauſam prædictam, unà cum omnibus, &c. committere, &c. ſalvis, &c. deducens, &c. omni modo meliori, &c.

In dicta ſupplicatione, priùs ponitur ſignum, & poſteà comittitur cauſa; & à cauſæ Commiſſario expeditur contrà ſupplicata, quæ intimatur perſonalitèr parti adverſæ, cum ſit prima citatio, *pragm. 2. de Ordin. judic.* Quæ pars adverſa ſi conſtituerit procuratorem in termino, notificabitur tunc procuratori conſtituto, qui replicabit, v3; *Opponit omnes exceptiones dilatorias, & peremptorias in forma, &c.* ut dictum eſt ſuprà, in cauſa judicii Aſſiſtentiæ.

Biduo elapſo, ac exceptionibus dilatorijs adimpletis, datur terminus in cauſa; Qui notificatur, cum oblatione depoſitionis principalis, v3. *Actor offert deponere. Et procurator ex adverſo replicabit;*

Ac-

Acceptat oblatam depoſitionem recipiendam per nõ ſuſpectũ. Elapſo biduo, fit electio examinatoris per buſſulam, qua notificata, expeditur citatio teſtium cum requiſitoria Examinatoris. Producuntur poſteà teſtes, illisquè examinatis, fit actus ad publicandum. Poſt lapſum bidui, fit publicatio. Alio biduo elapſo, fit actus ad concludendum. Poſt aliud biduum, fit concluſio in cauſa; Et tandem fit monitio ſuper expeditione cauſæ. Actis ab utraque parte percontatis; Scriba aſportat proceſſum Comiſſario, pro cauſæ expeditione cauſa relata in S. C.: ab eodem S. C. Auditis Advocatis in aula, decidet cauſam devolutionis prædictæ, prò ut de jure S. C. videbitur.

Formula Judicij Rei vindicationis in M.C.

Vella G.C.della Vicaria compare N. N.herede del quondàm D. D. e dice, come frà li beni hereditarij la-

ſciati al comparente dal detto q.
D.D.vi è una caſa conſiſtente, &c.
ſita, &c. giuſta li beni, &c. via pu-
blica, & altri confini. E perche
detta caſa minùs juſtè cum reve-
rentia ſi poſſiede da più anni da Ci-
riaco Percuoco, il quale più volte
richieſto, ſotto varij, & aerei prete-
ſti repetita reverẽtia ricuſa quella
reſtituire, in grave danno, pregiu-
ditio, & intereſſe del Comparente,
al quale omni jure li ſpetta, che pe-
rò ricorre in detta G.C. e fà iſtan-
za condennarſi detto Ciriaco à
quella rilaſciare, una con tutti li
frutti indebitamente perceputi,
danni, ſpeſe, & intereſſi, deducens,
&c. omni, &c. Notificata compa-
ratione, & conceſſo termino in cau-
ſa, illoque compilato; eodem modo,
ut ſuprà, ſine tamèn actu ad publi-
candum, & ad concludendum, cum
ſimus in M.C.

Si actori competat actio per ipſum intentata, tùnc per M.C. fit decretum, vz. *Die, &c. Facto verbo, &c. Condemnetur conventus ad rela-*
xandum in beneficium Nicolai

Ni-

Nicodemo domum in actis deductam, unà cum fructibus liquidandis.

Posteà, mediante alio judicio, dato termino ordinario, proceditur per eandem M. C. ad liquidationem fructuum.

Ex *supradictis habes*, quod Causæ ordinariæ civiles, aliæ *sunt reales*, aliæ *personales*. Reales sunt, quando realis actio actori competit, ut est actio *hypothecaria*. Personales sunt, quãdo personalis actio actori competit. Vndè, causa recuperationis dotium, causa assistentiæ, *causa devolutionis*, causa Salviani interdicti (in Curijs Ecclesiasticis) sunt causæ reales. Causa verò recuperationis crediti, puta mutui; absquè instrumento, est causa personalis, quia Creditor non habet hypothecam, quæ est obligatio bonorum debitoris.

Adverte, quod causa devolutionis in censu emphyteutico est, *in pœnã*, Canonum non solutorum, spatio trium annorum, in censu laicali. Spatio duorum annorum, in cen-

ſu Eccleſiaſtico. Similitèr, ob alienationem rei ſtabilis, irrequiſito domino directo, *l.2.Cod.de jur.emphyt.* Etenim, in alienatione rei emphytheuticæ requiritur aſſenſus, ſeù conſenſus domini directi, cui debetur laudemium. Sufficit tamèn, ſi dicatur in alienatione; *Salvo aſſenſu impetrando à Domino directo*. Et laudemium debetur ad rationem ducatorum duorum, prò quolibet centenario, *Jul.Clar. §.emphyteuſis, q.* 23. Dominus directus ignorans caducitatem, ſi poſteà recipiat ignorantèr Canones, non cenſetur caducitatem remittere, ex privilegio ignorantiæ, ut ſentit *Surd.dec.*203. Alienans rem emphyteuticam, abſquè conſenſu directi Domini, *ex eodem privilegio*, non incidit in commiſſum, ſi rem eſſe emphyteuticam ignoraverit. *Dec.conſ.* 58. *Cravet. conſ.*204.

CAP.

CAP. XLI.

De re judicata.

REs judicata eſt ſententia, quæ nullo ordinario juris remedio, ampliùs reſcindi valet. Diximus; ordinario remedio, ad excludenda remedia extrà ordinaria, per gratiam Principis, aut per reſtitutionem in integrum. *Auth. hodiè, Cod. de appe.*

Animadverte, quod ſententia lata contrà maritum, non exequitur in bonis dotalibus uxoris; Nec in fructibus dotis, niſi prò ut fructus excedunt onera matrimonij, & prò rata exceſſus. *Gama, dec.* 200. *Gallup. p.* 3. *prax. c.* 2. *n.* 9. *ubi Doctiſs. Verde.*

Exequutio ſententiæ fieri nequit ſuper depoſito facto, prò doctorando, nec in Breviario Sacerdotis. *D.D. in C. quo ad conſultationem, de exeq. rei judi. Rov. in tit. De Scholari. doctor.*

In actione reali ſtatim fit exequutio

ſententiæ. In actione verò perſonali datur quadrimeſtre, à die rei judicatæ. *C. requirenti, de Offi. deleg. l. 2. Cod. de exeq. rei judi.* Secùs in S. C. ubi in utraque actione exequitur, illicò, ejus ſententia. *Prag. 4. de Offi. S. C.*

CAP. XLII.

De Probatione per teſtes.

TEſtes, ſi dixiſſent (tales) præſentes fuiſſe, non per hoc infertur, quod perſonæ præſentes intellexerunt, quod teſtes depoſuere, *Bar. in l. diem, §. coram, ff. de arbitris.* Teſtes producti à parte adverſa, reproduci poſſunt contrà eandem, ſuper articulis directò non contrarijs. *Cenus, in l. parentes, Cod. de teſtam.* Illegitimè natus nequit eſſe teſtis in cauſa civili, cum ſit infamis infamia facti; fallit ſi moribus, & honeſtate fulgeat, *l. fin. Cod. de natu. libe. Cap. ſicut, 32. q. 4. C. ſi diligens, diſtint. 56.* Procurator ad lites nequit teſtifica-

ri

ri in illa cauſa, in qua exercuit procuratoris officium, propter affectionem, quam habere præſumitur ad cauſam *grati* Clientis; Secus in cauſa, in qua officium procuratoris non exercuit, quia ceſſat tunc præſumptio prædicta, *Roman. conſ.* 240.

Domeſtici multùm ſpectatæ fidei, teſtificari poſſunt in cauſa civili dominorum ſuorum; Maximè, ſi ageretur de probando aliquo negotio, in quo verisimilitèr domeſtici habent maiorem notitiam: ſimilitèr, ſi tempore teſtificationis non eſſent domeſtici, *l. etiam, cod. de teſtibus.* C. *in litteris extrà, de teſtibus, Bart. in l. quotiens, cod. de naufrag. lib.* 10. *& in l. Titius, ff. de militari teſtam.*

Parentes prò filiis, parte reluctante, nequeunt eſſe teſtes, & è contra; Excipe, in cauſa difficilis probationis, vel quando agitur de probanda ætate filii, aùt de probando, quod Conſanguinei ſunt conjuncti matrimonio, *l. Parentes C. de teſt. gloſ. in dict. l. etiam, Bar. in*

dict. l. quotiens, Soccin. reg. 319.

Non eſt teſtis idoneus pater adoptivus, vel nutritor, durante domeſticitate, nam iſte appellatur pater. *Bald. in cit. l. parentes, col.* 2. Similitèr; Socer non eſt teſtis idoneus prò Genero, ſæculi venturi, quia obtinet vices parentis. *Alex. conſ.* 78.

Frater multùm notæ fidei deponere valet prò fratre in cauſa civili, C. *non æſtimemus*, 13. *qu.* 2. *gloſ. in d. leg. Parentes. Inno. in* C. *cum Canonicus, extrà, de offi. delegat.* Similitèr affinis probatæ fidei eſt teſtis idoneus prò affine. *Angel. in l. cui, ff. de poſtulan.* Non valet dictum teſtis, ſi diceret; *Ego teſtificor prò ut feci in alia mea depoſitione, vel dico, ſicut dixit primus teſtis*, nam depoſitio teſtis non poteſt eſſe remiſſiva ſuæ depoſitioni, vel depoſitioni alterius teſtis. *Salicet. in l. fin. col.* 2. *cod. de teſtibus. Spec. in tit. de teſtibus, §. nunc videndum. Bart. in l. eos, ff. de falſ.*

Ad probãdas ſervitutes requiruntur tres teſtes, de jure ſpeciali, *leg.* 1. *ff.*

de

de ventr. inſpic. Dixi,de jure ſpeciali , nam regularitèr duo teſtes ſufficiunt ad faciendam probationem plenam. *Deutoron. cap.* 19. *l. ubi numerus, ff. de teſtibus.* Vnus tamen teſtis, licèt omni exceptione major non probat plenè,*l.*8.*C. de teſti.* Teſtes debent eſſe conteſtes;Et dicuntur Conteſtes,quando concordant in principali negotio, & circumſtantiis loci, temporis , &c. Teſtes verò deponentes eodem præmeditato ſermone ſunt ſuſpecti de falſo,*leg.*3.*ff. de teſtib. Maſcard. de probat. concluſ.* 745.

Teſtes,qui requiruntur pro ſolemnitate actus debent eſſe habiles , quando *actus primò ponitur*,nã ab initio actus debet exiſtere;Aliter , quando non requirũtur pro ſolemnitate actus, & tunc ſufficit,quod teſtes *ſint habiles tempore ipſorum depoſitionum. Felin. in* C. *ex litteris,de teſt.Bald.in l.leg.*1.*cod.de matrim.* Si dubitetur de habilitate teſtium, recipiuntur eorum depoſitiones , & diſcuſſio inhabilitatis reſervatur *ad merita cauſæ, Auth.*

ſi teſtis, cod. de teſtibus

Iterùm non tenetur deponere, qui ſemèl depoſuit, niſi adſit in poſitionibus clauſula; *cum poteſtate addendi, &c.* Publicatione facta, non validantur depoſitiones teſtium non ritè examinatorum, etiam de conſenſu partium, *Bald. in Auth. ſi quis, cod. de edendo. Marant. in prax. p. 6. n. 5.*

Si teſtes dicant, quod quis poſſidet per tot annos, & per totum ipſum poſſedit, tunc probatur poſſeſſio continuata. Similitèr, ſi teſtes deponant N.N. poſſediſſe tali anno, & alii dicant de ſequenti anno, & alii de ſequenti. *gloſ. in l. carmen, §. fin. ff. de teſt. Bart. in l. celſus, ff. de uſucap.* Iudex ſolet ad domum egregiarum Perſonarum mittere examinatorẽ, ut jurent de veritate dicenda, & tunc pars eſſe poteſt præſens juramento, *l. ad egregias, ff. de jur. jurando.*

Teſtes producti ad inſtantiam unius partis, poſſunt examinari ad inſtantiam alterius partis, ſine alia citatione, *Rit. M. C. 155.* ibi *Item*

ſer-

ſervat Curia, quod ſi feci citare teſtes ad mei petitionem, poteſt adverſarius meus, cum facio eos jurare prò ſe, ſine alia citatione, de novo, &c.

Teſtes citati in primo termino poſſunt examinari *poſt terminum*, præcedente decreto cauſæ Commiſſarii, quod *recipiantur teſtes in termino citati, verùm de ipſorum depoſitionibus habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, ut* in dies practicatur, pro litigantium defenſione. Reus interrogatus de juribus actoris, non tenetur reſpondere, *leg. ſpeciali, ff. de rei vindicat. Bart. in l. cogi, cod. de petitio. hæredit.* Teſtis interrogatus, utrũ quis bona, vel mala fide poſſideat, non tenetur reſpondere. *Bald. in l. mala fide, cod. de condict. ex lige.* Clientulus non admittitur ad teſtificandum ad beneficium patroni ſui. Similitèr, amicus pro amico, magna amicitia. *Specul. in rubr. de teſtibus, verſ. item excipitur, &* §. 1. Similiter, Subditus prò domino. *Alberic. in tract. de teſt. p. 1. col. 17.*

Te-

Teſtis,qui primò depoſuit, & poſteà juravit,non prôbat,nàm juramentum *præcedere* debet depoſitioni. Secùs quando poſt juramentum iteratò illud idem deponat,*leg. jurisjurandi, cod. de teſtibus.ubi Salicet.col.*1.

Examinatus ſine articulis non probat,alitèr dicas, ſi ſuper libello examinatus fuerit, nam libellus è loco articulorum, & articuli à libello ſumuntur, *C. per tuas,el* 2. *extrà, de teſtibus. Specul. loc. c.* §. *nunc videndum.*

In civilibus,eſt per partẽ producendus. Et examinatus per Judicem ex officio, ejus depoſitio non valet. *Bald. in auth. præsbyteri,Cod. de Epiſc.& Cleric.* Teſtis varius, vacillans, aut ſibi contrarius non facit ſidem, *Bar.in l.eos,ff.de falſis Jo:Andr. in* C. *prætereà, de teſtibus.*

Vni teſti non creditur, juxtà illud; *Teſtis unius,teſtis nullius. Deutoron.cap.*19. ibi; *in ore duorum,aùt triùm ſtat omne verbum*. Teſtis morolus nempè *dubius in deponendo*

nendo non admittitur C. *cum cauſam, de teſt. col.* 9

Non probant teſtes, ſi unus dicat de una perſona, & alius de alia, vel ſi unus dicat de una re, & alius de alia. Item, ſi diſcordantes ſint de loco. C. *licet, de probat. l. ad probationem, Cod. de probat. §. idem liberorum, inſtit. de inuti. ſtipu.* Limita, quando plures teſtes deponunt de uno loco, & unus ſolus de alio, tunc illo rejecto, ſtatur dicto plurium. *l. ob carmen, §. ſi teſtes, ff. de teſt.* Similitèr limita, quando varietas loci è circà aliqua non concernentia ipſam probationem, e.g. *Si unus teſtis dicat fuiſſe præſente M. M. qui habitat in tali loco, alius idem dicat, ſed præſente M. M. qui habitat in certo alio loco, Salicet. in l. teſtium, ff. de teſtibus, col.* 10.

Teſtes diſcordantes de tempore non probant, *cap. nihil,* 3. *qu.* 9. Fallit primà, quando teſtis diceret, *ſe non recordari de tempore, & tempus longum eſt. DD. in l. teſtium, Cod. de teſtibus.* ſecundò fallit, quia

quia, si probare intendo præscriptionem quadriennalem, & duo testes deponunt de primo biennio, alii duo testes de secundo biennio, tunc ex conjunctione probationum est probata præscriptio. *Salicet. in dict. leg. testium, col. ult.* Fallit 3. quia si ad probationem mutui produco unum testem, qui sufficienter probet de visu in uno tempore, & alius de confessione debitoris in alio tempore probet, eo casu; isti testes probant plenè, quia *concordant in substantia, Bartol. in l. admonendi, ff. de ju. jur.* Pupillus factus pubes deponere valet de his, quæ ipse vidit in pupillari ætate, *glossa singular.* de confessione debitoris in alio *in l. 3. §. idem divus, ff. de testibus.* Testis si falsum dixerit in aliqua parte, tunc vitiatur tota ipsius depositio, etiam si Capitula sint dividua, nam utile per inutile vitiatur, *C. pura, 3. quæst. 9.* Intelligas, quando falsitas tangit substantiam negotii, & testis scienter falsum deposuit. *Innoc. in C. fraternitatis, de testibus, Bald. in l. si ex falsis, Cod.*

Cod. de tranſactionib.

Si teſtis jurat in termino, examinari valet poſt terminum. *DD. in l. Damni, §. Sabinus, ff. de damn. infect. Specul. loc. cit. §. qualitèr.*

Teſtes ſunt exibendi in judicio, ſumptibus producentis. Hinc eſt, quod debentur teſtibus expenſæ in eũdo, & redeundo. *C. ſtatutum, §. fin. de reſcript. in 6. Alber. in l. quoniam, C. de teſtibus.*

Teſtis concludere debet communem valorem rei quò ad omnes. Sed quando teſtes ſunt varii circà quantitatem, tunc intelligitur valor rei in minori ſumma, *l. ſervum meum, ff. ad l. aqui.*

Si teſtis primò depoſuit extrà judicium abſquè juramento, poſteà deponat contrarium in judicio cum juramento, tunc ſtatur ſecundæ depoſitioni, quando cum primo dicto extrà judicium non concurrerent conjecturæ, *C. cum cauſam, de teſtibus. Bart. in leg. eos, ff. de falſ. Bald. in l. nullus, Cod. de teſt.*

Si teſtis deponat, quod res valet 30.

alter

alter 20.tunc ōnes vidētur in 20. concordare,quia in majori ſumma minor ineſt,*l. diem,§.ſi plures, ff.de arbitris.* Teſtis loqui debet ſecundùm , idioma inter quos teſtificatur, undè *Anglicus deponens inter Latinos,loqui debet voce latina, leg. certa , ff. de re judicata, §. non agitur, auth. de non alienand.* Teſtis in probanda ætate ſufficit ſi dicat;*Scio N.N.eſſe tot annorum, quia ſum ei conſanguineus , vel quia recordor de ejus nativitate. Bald.in l.2.Cod.de temp.appel.* Creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui debitoris,ſecùs è converſo, *Angel. in l.non ſolùm,§. quæruntur, ff. de procuratoribus.* Teſtis obſcurè deponēs poteſt poſt publicationem declarare depoſitionem ſuam,nam attenditur tempus primæ depoſitionis *C. cum clamor, de teſtibus.* Affinis probatæ fidei eſt teſtis idoneus pro affine. *Angel. in l.cui, ff.de poſtulando,gloſ. in C.accedens extra,ut lite non conte.* Particulares de Univerſitate teſtificari non poſſunt in cauſa ardua ipſorum

Uni-

Vniverſitatis. Vel quando Cauſa Vniverſitatis reſpiceret commodum ſingulorum, nam eſſent teſtes in cauſa propria. *Jo: Andr. in C. cum nuncii, extrà, de teſtibus* . Tenor inſtrumenti nequit probari , niſi per teſtes , qui fuerunt præſentes inſtrumento:, *l. ſi deletum, ff. ad l. aqui. C. cum olim, extrà, de privi.*

Teſtes examinati in prima inſtantia faciunt fidem in ſecunda inſtantia , ſcilicèt in cauſa appellationis *leg. is apud quem, C. de eden. C. per tuas, de appell.*

Demùm, depoſitiones teſtium factæ coram arbitro probant coram Judice, *leg. fin. Cod. de teſt. Card. in C. præſentata, extrà, de teſtibus.*

Formula comparitionis prò cauſa Aſſiſtentiæ in M.C.V.

Nella G. C. della Vicaria *compare Damiano Biondi, della Città d'Ariano, e dice; Come Tomaſo Cutillo di detta Città nell'anno* 1698. *fè vendita d'annui docati* 9. 4. 17. *à beneficio del comparente , per capitale*

tale prezzo di docati 133. con havere in ſpecie obligata una ſua Maßaria, con caſa, e vigna, ſita, e poſta nel loco detto li Palazziſi, pertinenze di detta Città d'Ariano, giuſta ſuoi notorii confini, come dall' iſtromento rogato, per mano di Notaro N. in actis preſentato, al quale, &c. E dovendo il comparente conſeguire dal detto Tomaſo docati 66. ſalvo meliori calculo, per cauſa di terze decorſe per tutto li 8. del paßato meſe di Ottobre 1713. il comparente comparve in detta G. C. per il pagamento predetto, e n'ottenne le debite proviſioni, quod ſolvat; E come che doppo la ſpeditione di dette proviſioni, ſe ne paßò da queſta à miglior vita detto Tomaſo, per la qual coſa non ſi mandorno in eſecutione dette proviſioni. Intendendo al preſente il comparente ricuperare detto ſuo credito, così di capitale, come di terze decorſe, & intereſſe, à die litis conteſtandæ, uſque ad integralem ſatisfactionem, mediante giuditio d'Aſſiſtenza, mentre in detto iſtromento

vi

vi ſono tutti li requiſiti della Reg. Prammat. per l'effetto del giuditio predetto, cioè il coſtituto, e precario, il patto de capiendo propria authoritate, e l'hipotheca generale, e ſpeciale. Per tanto ricorre in detta G. C. e citrà præiudicium agendi via exequutiva fà iſtanza, reſciſſo priùs contractu condennarſi l'eredi di d. q. Tomaſo al pagamento, così del d. capitale, come di d. terze decorſe, & intereſſe, ut ſuprà, uſque ad integralem ſatisfactionem, e per l'iſteſſe quantità preſtarſeli Aſſiſtenza, cum facultate adjudicandi, vel vendendi in forma, ſopra d. maſſaria, con Caſa, e Vigna, in ſpecie obligata, quale fù in bonis, & de bonis del d. q. Tomaſo debitore, & al preſente indebitè ſi tiene, e poſſiede da d. figli, & eredi del d. Tomaſo, & ità, &c. præmiſſa proteſtatione experſarum, &c. omni modo meliori, &c.

AD DEI LAUDEM
FINIS.

IN-

INDEX

Titulorum.

De Procuratoribus, cap. 1. p. 1.
De Origine praxis judiciariæ, cap. 2. pag. 5.
De Judice, cap. 3. pag. 10.
De Iudice ſuſpecto, c. 4. pag. 13.
De Judice adjuncto, cap. 5. pag. 16.
De Actore, c. 6. p. 17.
De Reo, c. 7. p. 21.
De Citationibus, c. 8. p. 27.
De Libello, c. 9. p. 46.
De Litis conteſtatione, c. 10. p. 58.
De Termino in cauſa, c. 11. p. 60.
De Cauſis ſummariis, c. 12. p. 62.
De Electione Examinatoris, cap. 13. pag. 67.
De Teſtium nominatione, c. 14. p. 69.
De Probationibus, c. 15. p. 73.
De Depoſitione principalis, c. 16. p. 83.
De Articulis cauſarum, c. 17. p. 87.
De Authore laudato, c. 18. p. 97.
De Mutuis petitionibus, c. 19. p. 100.

De Reſtitutione in integrum, cap.20. pag. 103.
De termino ad denunciandum , cap. 21.pag. 104.
De Exceptionibus,c.22.pag.105.
De Publicatione in cauſa , cap. 23. pag.113.
De Declaratione circà uſum, cap.24. pag.114.
De primo , & ſecundo beneficio, c.25. pag. 118.
De privilegiis Senum , cap. 26. pag,121.
De Repulſa,c.27.p.124.
De Repulſa repulſæ , cap. 28. pag. 125.
De Concluſione in cauſa, cap.29. pag. 126.
De Termino ad concomitandum,c.30. pag.131.
De Monitione ad dicendum , cap.31. pag. 132.
De Sententia, c.32. p.134.
De Reclamatione ſententiæ S. C. cap. 33. pag.136.
De Nullitatibus Sententiæ S.C.cap. 34. pag.139.
De Appellationibus,c.35.p.142.

De

Ex Libris Ill. D. D. Francisci
Sci Antonii Thuani.

32
3.3.